

M I F E P L

1 6 4 3

+

Sammelband

U M B

57



78. Ed 1777

ORATIONES
DUÆ,
PRIOR,
DE ARCA
NOACHI,

*cum qua comparatur
Academia;*

POSTERIOR,
DE CHERU-
BINIS,

*quibus Studiosi debent esse
similes;*

WITTEBERGÆ,
In Resignatione Rectoratus
Academici habitæ

BALTHASARE MEISNERO,
Theol. D. & P. P.

Witteberge, Typis Christiani Tham,
Impensis Caspari Heiden, 1622.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and appears to be a list or index of entries. Some words are difficult to discern but may include names or titles.



*Admodum Reverendo,
Spectatissimo, & Excellen-
tissimo Viro,*

Dn.

**JOHANNI-
PAULO RESENIO,**
SS. TH. DOCTORI
& in Academia Regia,
quæ Hafniæ est, Professo-
ri primario, nec non Ecclesia-
rum Danicarum Archie-
piscopo vigilantis-
simo,

*Domino Fautori, Amico,
& in Christo Fratri suo sin-
gulariter honorando,*

S. P. D.

Duo sunt ho-
minum ge-

a 2 - nera,

EPISTOLA

nera, *Reverende*,
Archiepiscopo, qui
Scholarum, cum-
primis Univerſa-
lium, exiſtimationi,
quam univerſi
& ſinguli ampli-
ficare deberent, non
parum detrudere
ſolent. Quidam *ex-*
tra; quidã *intra* il-
las verſantur: *Pri-*
ores nocent ſuã opi-
nionem; *poſteriores*
ſuã actione. *Illorum*

gew-

DEDICATORIA.

Ἰσχυρία horum πρᾶξις
in vitio est. *Foris*
sunt non pauci, &
sæpius in dignitate
constituti, qui de
Scholis abjectè sen-
tiunt, summum
putantes se convi-
tium dixisse, si quæ
de Schola hominẽ
appellèt. *Intus* sunt
nonnulli, qui vitã
inordinatã Ordinẽ
suum dehonestãt,
& Scholis ipsis, qua

a 3 rum

EPISTOLA

rum membra sunt,
non vulgarem ma-
culam adspargunt.
Utriq; delinquunt
graviter, & ut *illo-
rum* theoria sum-
mè perniciosa; sic
horū praxis quàm-
plurimis scandalo-
sa est.

Utrisque mede-
lam parare volui,
habitâ in solemni-
bus congressibus
oratione geminâ,
qua-

DEDICATORIA.

quarum *priori* Academia cum Arca Noæh; *posteriori* Academicos cum sanctis Cherubim cōparavi. Ex *illa* discunt contemptores & mali Theoretici, quòd, uti salus nulla fuit extra Noachi arcam; Sic absque Scholis nulla in rebus humanis detur sapiētia & felicitas. Ex *hac* discēt trans

a 4 grell.

EPISTOLA

gressores, & mali
Practici, quòd ni-
hil minus, quàm
Studiosi sint, nisi
Cherubinis pieta-
te, humilitate & si-
milibus requisitis,
assimilentur. Ha-
bemus ergo in No-
achi arca, *dignitatis*.
In sanctis Cheru-
bim, *virtutis Acade-
mice* Speculum &
exemplar, quod in-
tuentes *illi*, qui for-

ris

DEDICATORIA.

ris sunt, recte len-
tient; qui *intus* sunt,
rectè & laudabili-
ter agent. Oratio-
nes verò istas, *Admo-
dum Reverende, Et
Excellentissime Vir,*
Nomini Tuo ho-
noratissimo inscri-
psi, non alium in fi-
nem, quàm ut pu-
blicum posteritati
monumentum re-
linquerem, nostræ

—
ticae

EPISTOLA

sticæ in fide, tum
conjunctionis fra-
ternæ in vita, quo
glutine nihil solet
esse fortius & con-
stātius. Divina bo-
nitas & Regia Ma-
jestas Te Noachum
& Inspectorem to-
ti arcæ Ecclesiasticæ
in Amplissimo Re-
gno Danię prefecit:
Non igitur ingrata
fore autumo, quæ
de Noachi cura &

arcæ

DEDICATORIA.

arca, ejus fidei cōmis-
sa, statu differui. Tu i-
pse Cherub unctus es,
Pastorumq; choro, &
Auditorū cœtui bono
exemplo præis: Dis-
cursum ergò meum de
Sanctis Cherubinis
quin serenâ fronte ac-
cepturus sis, uti nullâ
dubitandi causam ha-
beo; ita ut favente a-
nimo illum ipsum su-
scipias, officiosè oro.
Deus inclytum Daniæ
Regnum semper con-
servet florentissimum,
& Tibi tanquam Noa-
cho

EPIST. DEDICAT.

cho sollicito, paternè
assistat, quò arcæ tum
Ecclesiasticæ tum Scho-
lasticæ benè consulas
diutissimè, & ad virtu-
tes Cherubicasunctos
auditores inflammes
felicissimè, Amen. Da-
bantur Wittebergæ,
die xxv. Octobr. Anno
Gratiæ M. DC. XXI.

Adm. Rev. T. Excell.

addictissimus

Balthasar Meisnerus D.

88 (I.) 90

ORATIO

ORATIO

ORATIO

PRIOR,

Publicè in templo

Academico recitata,

cum deposito Magistratu Scho-

lastico, nomine Academiae Rector

renunciaretur, Cal. Maij

MDCXV.

S

SEMPRE

jam elapsam

est integrum,

quum cathe-

dram hanc A-

cademicam tristis & meti-

culosus ascenderem, si qui-

A

dem

2 *Oratio de Academiis, cum*

dem nil nisi tempestates
varias & ingentem molestia-
rum cumulum pręvidebā:
Nunc autem hilaris, nunc
excitato animo & porre-
ctā fronte redeo, quia
portum jam diu expecta-
tum cernere, & ad quie-
tum tranquillumq; viven-
di genus velut ex postlimi-
nio datur reverti.

*Cū No-
acho*

Noachus Patriarcha, ille
justitię judicijque præco,
qui mundum & morien-
tem & renascentem vidit,
arcam ad mandatum Al-
tissimi constructam cum
gemitu ingressus, cum do-
lore in illa per annum
commoratus est. Nullibi

erat

erat optata quies, sed hinc inde circumstrepentibus undarum fluctibus agitabatur. Extra arcam quum prospiceret, quid videbat aliud, quum mundi *παινολεθρα* quid audiebat aliud, quam meras morientium querelas & lamentationes? Pari modo Rectorem Academicum si intuearis, viva quasi dolentis & laborantis Noachi idea representabitur. Arcam habet *Academiam*, in qua veluti conclusus tenetur, & quæ ipsi tanquam navicula regenda conceditur. Non desunt tibi fluctus ex omni latere, non de-

*Comparatur
Rector
Academicus.*

4 *Oratio de Academiis, cum*

sunt tempestates & pericula multiformia. Auduntur strepitus querulantium : videntur seditiosi motus cohabitantium : Observantur varij fortesque impetus arcam Academicam petentes, prementes, & sæpius tantum non supprimentes. Gemit interim afflictus Noach, & quantum potest, prospicit, ne vel alumni arcae pereant, vel detrimenti aliquid arca ipsa capiat.

Quemadmodum verò calamitas diluviana non fuit perpetua, sed cum anno finem sortita, Noacho egrediente cum gaudio, &

aram

aram gratitudinis memo-
riæque extruente: sic la-
bores Recturæ Scholasti-
cæ, quamvis continentur
per successores, in quo
ipso à molestijs Noachi
cum anno penitus finitis
discriminantur: attamen
ratione individuorum, &
personarum sibi invicem
succeedentium temporarij
sunt, adeo quædam, ut apud
nos ultra semestre non
extendantur, sed post-
quam illud effluxit, Ma-
gistratus Scholasticus ex
arca laboris ac doloris læ-
tus exeat, & altare gratitu-
dinis laudisq; in honorem
DEI sospitatoris erigat.

A 3 Talis

Qui la-
boribus
exant-
latis a-
rã gra-
tit: dñ-
nis ex-
truit nō
in me-
rito.

Talis desideratissima
 egressus dies, per *Altissimi*
gratiam, & *Senatus Acade-*
mici benevolentiam mihi
 nunc illuxit. Hæc enim
 illa dies est, quâ novus ar-
 cæ nostræ Scholasticæ No-
 achus vel Rector introdu-
 citur: Illa hæc dies est, quâ
 post tempestatem mihi
 serenitas affulget, post ja-
 ctationem quies iocundam,
 post multas gravesque
 molestias sedatum, & fan-
 ctis studijs consecrandum
 tempus conceditur. In
 hoc igitur fausti optatiq̃ue
 egressus mei limine aram
 gratitudinis devotus ex-
 truo, & sacrificium laudis

Hinc
præmit-
titur
gratia-
rum
actio.

DEO

DEO meo plenâ voce of-
fero :

Benedictus sis Domi-
ne, DEUS Patrum no-
strorum, qui glorifican-
dus es nimis & exaltan-
dus in secula : Benedi-
ctum sit nomen tuum ex-
celsum, quod admirabile
est in universa terra.
Ecce cognov^{ino} quid ma-
gnus sit Dominus, & hu-
milia respiciat. Cognovi,
quod excelsus sit Domi-
nus, & pacem velit, paci-
ficisque succurrat. Con-
fitebor tibi Domine, quo-
niam opera tua loquun-

Dan. 3.
vers. 52.

Psal. 8.
v. 1.

Psal. 113.
v. 4.

Psal. 138.
v. 6.

Psal. 145.
v. 5.

Psal. 93.
v. 4.

*tur magnificentiam: Elevaverunt flumina vocem suam: sed potenter com-
pescuisti. Nutare videba-
tur arca Academica; sed
clementer conservasti.
Obiecta sunt difficultates
variae: sed tuâ benigni-
tate adiutus superavi.*

Psal. 134.
v. 1.

Psal. 46.
v. 11.

Psal. 73.
v. 1.

Psal. 31.
v. 20.

*Mecum ergò benedicite
Domino, qui quiescatis in hoc
atrio sancto. Vacate et
videte, quàm bonus sit
DEUS his, qui recto
sunt corde. Magna est
multitudo dulcedinis tuae
Domine, quam abscon-
disti timentibus te. In*

cælo

cælo misericordia tua &
veritas tua usq; ad nubes.
Laudate ergo Dominum
in sanctuario ejus: can-
tate ipsi canticum no-
vum, hymnus sit omnibus
sanctis ejus: Omnis lin-
gua & omnis Spiritus
laudet Dominum, Halle-
luja.

Porro autem verba
mihi pro more veteri ad
vos facienda sunt, Patres
Academici, & Cives Ornatissi-
mi: Nec longè hinc abibo,
orationis quidem argu-
mentum planè aliud mihi
selegeram, in cœpta ta-
men comparatione per-

A s fistam,

Pf. 36.
v. 6.

Pf. 150.
v. 1.

Pf. 149.
v. 1.

Pf. 148.
v. 14.

Pf. 150.
v. ult.

Et se-
quitur
Proposi-
tio de
arca
Noa,
qua cõ-
paratur
cum
Acade-
miâ.

sistam, quum in proœmio
plenè tractari & explicari
haut potuerit.

Dicam igitur de thema-
te, si antiquitatem spectà-
ris, *venerando*; si iucundita-
tem, *non ingrato*; si ordi-
nem nostrum, & hanc pa-
negyrin solemnem, *non*
inepto, nec prorsus peregrino.

Dicam nimirum *de arca*
σωτηριᾷ, vel sospitali, in
qua diluvio innudante, re-
liquiæ generis humani, &
semina secundi mundi
conservata sunt. Dicam de
prefecto arce, Patriarcha
sanctissimo, & altero quasi
parente hominum, No-
acho. Non autem dicam

de

de his sub absoluta consideratione, sed σύγκρισιν quandam vel comparationem institutam, & sub aspectum vestrum arcam ipsam veluti *typum Academicie*, & Noachum tanquam *ideam Rectoris Academici* producam; neque tamen omnia, (quæ enim hora sufficeret?) sed præcipua tantum collationis membra succinctè & absque pompa Rhetorica delineabo, nec in prolixas orationis amœnitates me diffundam.

A vobis autem, dum istud facere conor, *Patres & Cives optimi*, hoc unum,

A 6 postu-

12 *Oratio de Academiis, cum*

postulo, ut me in describenda arca tum Noachica, tum Academica occupatum, favore vestro & attentione amicâ prosequi haut dedignemini.

Tria in scripturis sunt celebria ædificia.

Inter quæ arca Noach antiquissimum,

IN SACRO scripturarum Codice tria sunt expressa perquam mirabilia, & omni ævo celebrata ædificia, DEI omniscientis non jussu tantum, sed etiam præscriptione ac designatione ab hominibus effecta. *Primum* est Noachi arca : *Secundum* Mosis tabernaculum, & *Tertium* Salomonis templum. *Illud* antiquissimum, *istud* sanctissimum,

hoc

hoc magnificentissimum
nuncupamus. In illo semi-
narium humani generis
delituit: super isto splen-
dor majestatis divinæ ap-
paruit: Ad hoc confluit
omnis Israël, & honoravit
Altissimum sacrificijs &
δοξολογίας devotis.

Commendent Ethnici
scriptores muros Babylo-
nicos, laudent Dianæ E-
phesinæ templum & Jovis
Olympici simulachrum:
Extollant Pyramides Æ-
gyptias; Colossum Solis
in Rhodo; & splendidum
Mausoli sepulchrum: Mi-
hi si daretur optio, vel u-
nicam Noachi arcam, ne

14 *Oratio de Academiis, cum*

quid de Mosis tabernaculo, aut Salomonis templo proferam, longè avidius istis mundi miraculis intuerer.

*Cujus
descri-
ptio in
sequen-
tibus
exponi-
tur.*

Quia verò non licet corporis oculo thecam hanc antiquissimam contemplari, mentis aciem elevabimus, & quæ in Geneseos libro, de admirando arcæ artificio reperiuntur, paulò plenius repetemus, atq; ad Academiam Scholasticæ, bonarum artium *κλειστός*, pro ratione instituti nostri accommodabimus.

*Efficiēs
& finis
arca
Noachi-
cæ.*

Quum in secreto gloriosæ Trinitatis consilio,

primi

primi mundi excidium & exitium, ob cumulatam diuque continuatam malitiam, decretam esset, Noachus autem vir justus & integer gratiam inuenisset coram Domino; Vox è cœlis demissa est, quæ arcæ fabricam ad cōservandas humani generis reliquias his verbis imperavit:

עֲשֵׂה לְךָ תֵּבָה׃

Fac tibi arcam. Ex quibus ultrò sequitur, arcam Noachicam tempore antiquam, origine divinam, usu *σωτηριῶν* esse vel *sospitalem*. Imperata est ejus structura centum annis ante diluuium, quod incidit in an-

num

Gen 6.

vers. 14.

num mundi millesimum
 sexcentessimum quinquagesimum sextum, unde
 satis apparet antiquitas. Imperata est *ab ipso Jehovah*, materiam præscribente & formam omnem designante, unde patet originis divinitas. Imperata est *eum in finem*, ut Noachum cum familiâ susciperet, seminarium mundi conservaret, & adversus omnes aquarum injurias tutum esset domicilium, unde finis præstantia elucescit. Ut enim *arca* quævis ob usum suum *ab arcendo* in genere nomen habet, juxta Varronem,

Arca
nomen
habet
ab ar-
cendo.

eò

eò quod à rebus, quas in se cõditas & clausas habet, fures arceat: sic arca Noachica in specie ita nuncupatur, quia ab hominibus & animalibus, quæ continebat intra se, diluvij aquas undiquaque arcebat.

Jam verò si Scholas & Academias rectis oculis aspiciamus, illas ipsas prærogativas & dignitates linguas inveniemus. Quid enim aliud sunt quam arca DEI, DEO ipso mandante, à prima mundi origine extractæ, in quibus & veritas, & pietas, & justitia, & quicquid in hoc mundi latifundio

*Scholæ
simili-
ter sunt
arca
DEL*

augu-

augustum ; & quicquid ad vitam rectè instituendam necessarium, per cuncta secula asseruatum, & ab interitu vindicatum est.

*Anti-
quæ.*

Adamus ipse uti primus homo hominumque parens, sic & primus post DEUM arcae Scholasticæ architectus fuit. Suos enim filios procul dubio informavit, in vero DEI cultu, in rebus Physicis & Astronomicis, teste Josepho lib. I. Antiquit. c. 2.

*Semper
conti-
nuata.*

Cain similiter Scholam erexit, unde ex ejus genere prodiit author Musices & artis ferrariæ, Genes. 4. vers. 21. 22.

Henoch

Henoch pro discipulis
suis librum de rebus na-
turalibus & Angelorum
natura conscripsit, anno-
tante Augustino lib. 18, de
Civit. DEI c. 38.

Abraham, & cum Abra-
hamo Patriarchæ cateri,
Scholas habuerunt do-
mesticas, pietatis & ar-
tium officinas. Ab his pro-
pagata est institutio ad po-
steros, unde passim legi-
tur de Scholis *Judeorum*, de
Scholis *Ethnicorum*, de
Scholis *Christianorum*.

Extruxerunt *Judei* Syna-
gogas in singulis urbibus
Levitarum, de quibus
Numer. 35. Heli, Sacerdos

Schola
Judeo-
rum.

sum-

summus, in disciplinam suam recepit Samuelem puerum, qui postmodum & ipse Scholam crexit, dictiq; sunt discipuli *Prophetantes* vel *Prophetarum filii*, quia Prophetis doctores usi sunt.

Gentilium.

Judæos imitati gentiles, Scholas similiter aperuerunt. Claruit olim *Academia Romana* per *Herrulcos* instituta; Claruit *Schola Alexandrina* *Ptolemæi*; Claruit *Lyceum Atheniense*, quod *πάσης ἑλλάδος μισθῆιον* indigitatum est. Nec postremas tenuit *Schola Danielis* primùm *Babylonica*, post *Persica*, ex

quâ

quâ tandem prodierunt
Magi, qui stellâ excitâ Chris-
tum recens natum inqui-
siverunt.

In Novo Test. Johannes
Baptista, imò ipse potius
Servator mundi, Acade-
miam primam instituit,
erudiens discipulos suos,
qui deinceps Evangelium
prædicârunt in toto terra-
rum orbe, & Scholas va-
rias plantârunt. Antioche-
næ fit mentio, *Actor. 13. v. 14.*
Alexandrinæ *lib. 5. Hist. Ec-
cles. c. 9.* & Cæsareanæ apud
Nicephorum *libr. 6. c. 37.*
Constantinus M. Impera-
tor, semper Augustus,
multas hujusmodi arcas

Chri-
stiano-
rum.

extru-

extruxit, quas inter excel-
luit *Constantinopolitana*, quò
cum imperiali majestate,
artes ex universa Græcia,
velut ad commune quod-
dam receptaculum con-
fluxerunt. Post autem
Julianus Apostata Scholas
Christianorum claudi
præcepit, ut inscitia impe-
diti, Philosophis Ethnicis
palmam dare cogerentur,
memorante *Sozomeno* l. 5.
c. 17. & *Ruffino* l. 1. c. 32. Se-
quentes verò Imperatores
Christiani, præsertim
Gratianus, DEO propitio
illas denuò aperuerunt,
à quo tempore theca
Scholastica magis magisq;

elabo-

elaborata est, & adversus omnes insultus impetusq; victrix evasit.

Quis ergò amplius vel de antiquitate, vel de divinitate, vel de utilitate Scholarum quicquam dubitare poterit? Cœpit sacra hæc arca cum ipso mundo, cœpit jubente & juvante authore mundi, cœpit in salutem, in pacem, & prosperitatem ipsius mundi. In hac capsula abdita latent mysteria sublimis Theologiæ, latent leges opesq; Jurisprudentiæ, latent pixides & thesauri Medicinæ, latent subtilitates Philosophicæ,

&

& profunditates omnis
scientiæ.

*Indecti-
sa in
osores
Scho-
larum.*

Qui ergo vos tandem
estis, qui arcam hanc sa-
cro sanctam, arcam origi-
ne divinam, & usu nobi-
lissimam oppugnatum
itis? Res indigna & multis
lachrymis deploranda,
passim reperiri homines,
quos inter, & Scholasticos
majus sit odium, quàm in-
ter aquilam & draconem,
cornicem & noctuanam,
gallum & leonem, aprum
& elephantum, ægithalos
& achantilides, quibus à
natura tantum intercedit
dissidium, ut nec post
mortem sanguis eorum

com-

commisceri queat. Quid
verò spernitis, quid inva-
ditis, quum Scholas Aca-
demiasque spernitis? Quid
aliud, quam ipsius DEI ar-
cam, Ecclesiae fulcrum,
Reipubl. stabilimentum,
& omnis boni omnisque
humanitatis conservatri-
cem capsulam? Itane ergo
& pudor & ratio omnis
exulat, ut illam, à qua pax
& salus publica, illam, sine
qua barbaries & infelici-
tas mera, illam, inquam,
& divitiarum & delitia-
rum omnium arcam, ve-
luti rem noxiam, quum
sola profit; veluti rem su-
pervacaneam, quum sola

necessaria sit, ausu planè
Giganteo spernere, pre-
mere, tollere, multi &
modis multis, & locis in
multis non vereantur?
Fraus, *Amici*, fraus, inquam
hæc Satanæ est, cui nihil
magis obstat, quàm arca
Academica, ideoque nihil
magis, quàm illam, de-
struere & pessundare alla-
borat. Satanæ ergò mili-
tant, & publicæ humani-
tatis hostes sunt, qui vel
de Scholis iniquè sentiunt,
vel illarum interitum ma-
litiosè quærunt. Utinam
confundantur & contur-
bentur omnes, qui confu-
sionem diligunt, & sacram

arcam

arcam suppressam cupi-
unt ! Hæc est scala cœli,
hæc est domus DEI, hæc
est unica Servatoris Chri-
sti : Malè sit omnibus, qui-
bus sordent hæc bona :
malè sit cunctis osoribus
humanitatis, quibus bar-
baries nardum olet & a-
maracum.

Rei indignitas, *Audito-
res*, & periculi gravitas hæc
loqui me cogit, ut veniam
apud æquos censores fa-
cilè impetraturum me
confidam. Nec querar,
nec indignabor ulterius.
*DEUS, DEUS ille Deo-
rum*, cujus jussu hæc arca
extracta, cujus nutu con-

quadratis, quæ aptari commodissimè possunt.

Vulgata intelligit de lignis *insolubilibus* ac benè coarctatis, interprete *Alcuino*.

Alii autumant, notaruram ex speciebus abietis, quam Rabbini *cedrum* putant, lignum videlicet leve, & ad fluitandum super aquas aptissimum, cui opinioni proximius accedit *Paraphrastes Chaldaicus* legens: *Fac arcam de lignis cedri.*

Alii terebinthum exponunt, resinofum lignum & sulphureas baccas ferens, quam in Syria

proceram crescere ajunt.

Alii Cypressum fuisse credunt, æternitate præstantem, quam *Plinius* l. 16. Nat. Hist. c. 33. baccis torvam, folio amaram, odore violentam, materie raram, umbrâ minimè gratam esse annotat.

Hieronymus ligna bituminata, *Augustinus* imputribilia, *Oleaster* pinea intelligit, quò respiciens *Lutherus* noster, ita vertit: *Mache dir einen Kasten von Fennenholtz.*

Licet verò incertum sit, qualis in specie hæc arbor fuerit, quàm alibi non fiat ejus mentio, & oriënta-

lium

lium frutices magnâ parte ignoremus, certum tamen maximeq; consentaneum est, Noachum ex mandato Altissimi, adhibuisse ligna solida, minimeque cariosa aut porosa, ligna impu- tribilia & quadrata, ut eò melius coaptari, & injurias aquarum propulsare possent, unde & foris intusq; oblinēda fuerunt bitumine, ferventissimo & violentissimo glutine, ne vel vermibus exederentur, néve Solis ardore, aut flatibus ventorum, aut aquarum assiduitate dissolverentur.

Quid hoc autem, in-

orgil

B 4

quies,

quies, ad arcam Academicam? qualis hic σύγκρισις & comparatio?

Dicam, *Auditores*, nec diu immorabor. Uti se habuerunt ligna arcae, sic comparatum esse debet cum membris Academiae. Fuerunt ligna Noachica quoad *substantiam* solida & imputribilia, quoad figuram quadrata, simulq; inter se connexa, coaptata, & bitumine lita, quibus omnibus tres principales veri Academici, & arcae Scholasticae alumni, virtutes vel affectiones praescriptae & praefiguratae mihi videntur. *Soliditas* enim

ligno.

Praecipuae qualitates lignorum Noachi.

Quae adumbrant virtutes Boni Scholastici.

lignorum animi constantiam imperterritam, figura quadrata probitatem, connexio charitatem & concordiam adumbrat.

Ineptus est ad sacram hanc thecam, quem molities animi cariosum reddidit: Soliditas, & constantia, & mens imperterrita requiritur ab Academico, ne voluptatum vermicibus esca fiat, ne laborum ardore consumatur, néve periculorum flatibus aut adversitatum fluctibus dissolvatur.

Quam ipsam constantiam in probitate, lignis quadratis figuratam, fundari &

Ut Constantiam.

Probitatem.

B 5 radi-

radicari oportet. Ut enim quemvis bonum, sic Scholasticum in primis τετραγωνον vel quadratum esse convenit, ut sibi semper similis permaneat, & in quamcunque partem ver- ses, virtuosus rectusq; appareat. Procul este ô ligna putrida; procul, ô ligna curva & obliqua! Sanctius est ædificium nostrum Academicum, quam ut membra huiusmodi admittat. Virtute, virtute, inquam, & probitate opus est: Pectus solidum & ad quosvis casus præparatum exigitur, si tabula nostra arce idonea esse desideres.

In-

In primis bitumen chari-
tatis, & gluten consensus mu-
tui requiritur. Fatiscit hæc
capsa, fatiscit ocius, quàm
primùm membra dissili-
unt, & concordie bitu-
men deficit. Lapis Tyr-
rhenus, licet grandis,
quamdiu tamen integer,
infractusque manet, aquis
innatat, comminutus è ve-
stigio subsidit; Idem arcæ
Scholasticę contingit. Na-
tat integra, mergitur fra-
cta, sustinemur concordia,
pessimus contentione
& discordia. Satis, ah plus
quàm satis turbarum &
turbinum extra arcam vi-
demus: sit pax, sit consen-

Concor-
diam.

—
sus inter nos, sit cor unum
& anima una, ne funesta
Eris ligamenta dissolvat,
& ruptis colligationibus,
omnes submergamur in
profundum.

Plinius author est, lib. 16.
Nat. Histor. c. 44. in Ponto
laurum fuisse, ab eventu
insanam dictam: Ejus pal-
mites in navim assumti,
rixas excitarunt & jurgia,
non nisi per ejectionem
palmitum sedanda. Non-
dum exaruit, *Amici*, laurus
insana: Ubique cernas
ipsius palmites, sed non
tolerentur in navigio Aca-
demico: Ejiciendi, mer-
gendi sunt, ut tabulæ

—
coarcta-

coarctatae maneant, ne
per rupturam irruentes a-
quæ, vel arcam planè sup-
primant, vel tamen No-
acho multum negotii fa-
cessant.

Hoc ergo agite, qui
nostri; qui arcæ nostræ
membra esse expetitis:
Soliditatem lignorum ex-
primite constantiâ & for-
titudine, quâ nihil robu-
stius: *figuram quadratam*
probitate, quâ nihil hone-
stius; *Connexionem* Chari-
rate & concordia, quâ ni-
hil salutaris. His mediis
stetit ille *ni Cwtoç* nostra;
stetit, inquam, & porro
stabit inconcussa, eamque

vermes occulti frustra ar-
 rodent, nec ulli calamita-
 tum flatus, aut periculo-
 rum impetus submergere
 valebunt. *Ita fiat!* Et fiet,
 si, quod fieri debet, à vobis
 impetratum, ut opto spe-
 roque, habuero.

*Forma
 arca
 Noachi-
 ca.*

Pergendum verò est, & ipsa Noachicæ capsæ *for-
 ma* delineanda. *Nidos*,
 ait cœlestis architectus,
*facies in arca, & fe-
 nestram, & ostium, &
 cœnacula*, de quibus om-
 nibus apud interpretes
 iterum existit controver-
 sia, quam fusius persequi
 mei non est instituti.

Maxi-

Maximè rationi consentaneum veroque similitimum reor, quòd arcæ figura quadrangularis fuerit, fundus planus, non recurvus in proram & puppim, latera recta, tectum curvum in arcus formam; ut feretrum sive corpus hominis jacens referret. Ostium fuit in umbilico arcæ; fenestra, quam Symmachus reddidit *διὰ Πάρης*, à superiore loco extitit, ut lumen commodè immitteretur. Præter fundum, tres, velut amplissimas aulas, in sese arca continuit. *Ima* fuit pluribus tabulatis in varias mansiunculas di-

*Tres,
conti-
gnatio-
nes ar-
cæ.
Ima.*

vifa,

vifa, ad quadrupedia di-
verfi generis separatim
recipienda, cum fuis de-
ambulatoriis, per quæ
ad fingulas mansiunculas
commodè iri poffet. Erant
infuper foruli procul du-
bio, directè fuper præfe-
pia à fuperiore contigna-
tione descendentes, velu-
ti longiores quædam ca-
pfulæ feu canales, alii am-
pliores, per quos palea,
fœnum & alia jumento-
rum cibaria ad plures
dies; alii anguftiores, unde
aqua ad potandum, in va-
fis ad hoc paratis, de fupe-
riori cœnaculo, ftatis tem-
poribus demitti commo-

dè

dè possent. Erant præter-
eà quædam spiracula, ceu
quidam camini, qui usque
ad arcæ summitatem pro-
tendebantur, ut per aper-
ta quædam ostiola, utrinq;
sub prominente tecti stil-
licidio aptè fabricata, quò
à pluviis tuta, & à flucti-
bus remotiora essent, fœ-
tores exhalare, & inclusus
aër transpirare quoquo
modo posset, ne sordium
pœdore infectus, animalia
ipsa interimeret.

In contignatione *me-*
dia, quæ pariter multis se-
pimentis in varias apo-
thecas diversimodè di-
stincta, fuerunt reposito-

Media.

ria

ria omnis generis com-
meatus & annona. Ad-
erant ibi ampla palearia,
foenilia & horrea hordei,
avenae milii & aliarum
frugum, quae jumentis ac
volucris dari solent.
Aderant omnium fructu-
um, ut nucum, malorum,
castanearum, frumenti,
olei, & leguminum, pro
victu hominum, cellae se-
paratae ac bene dispositae,
cum suis deambulatoriis,
per quae, singula loca, ubi-
cunque opus esset, facile
adiri possent. Duo haec coe-
nacula nullam fenestram
habuere, quia nullo indi-
guerunt lumine: *non secun-*
dum,

dum, quoniam erat veluti cella penuaria domus: non primum, quoniam irrationalia non nihil in caligine videre creduntur, & naturaliter quodammodo tenebris delectari. Noë filii etiam lucernis uti poterant, quotiescunque per scalas aptè annexas ad eadem cœnacula, vel pro victualibus accipiendis, vel pro pascendis animalibus, sordibusvé detergendis descendere opus esset.

Tertium cœnaculum rursus in tres partes æquales divisum fuisse existimatur.

Suprema in tres partes divisa.

Media,

Media, hominum habitationi destinata, habuit ad arcæ latus fenestram, competenter grandem, ab interiore parte vitreis fortasse (si modò vitri usus tunc ad inventus) specularibus munitam, quæ interdum claudi & aperiri; ab extra verò ligneis valvis, quæ noctu, tempestatibusvé ingruentibus intus trahi, recludi, ac ferreis pessulis firmiter obserari possent. Ad dictæ aulae latera credunt domunculas extractas fuisse plurimas, quasdam quidem pro lectulis ipsius Noë & filiorum, uxorumq;: quasdam

verò

verò pro coquina, pro
strue lignorum, pro cellis
cibisque ad victum neces-
sariis.

Reliqua duo, in summa
contignatione spatia,
erant volatilibus designa-
ta, hinc domesticis, illinc
agrestibus, nidis utrinque
pro ipsis appositè fabre-
factis, & prout opus esse
videbatur, ab invicem se-
junctis.

Et hac quidem ratione
arcam Noachicam intus
forisq; fuisse compactam,
satis rationabiliter scri-
ptores sacri conjiciunt:
Quæ omnia licet non per-
fectè, modo tamen aliquo

ad

ad Academiam applicari possunt. Et illa fundum suum habet, ac præter fundum tria cœnacula, per quæ Facultates & Collegia, ex quibus Academia constat, intelligo.

Fundo vel fundamento *Philosophicam facultatem* comparo, eò quod *σοφία* studium ad omnes disciplinas superiores sit necessarium, & instar basis præmittendum.

Imam contignationem, quæ animalia continuit, ad signum *Medicis*, qui circa viventium cognitionem occupati, & de vita ac sanitate animalium sunt solliciti,

In

*Fundo
arca
compa-
ratur
Facul-
tas Phi-
losophi-
cæ.*

*Conti-
gnatio
ima cõ-
paratur
Facul-
tati
Medicæ*

In medio cœnaculo, cibariis designato, *Juriconsultos* colloco, qui artem suam cuique tribuendi profitentur, & circa fortunæ bona asserenda & defendenda versantur ut plurimum.

Mansio *suprema Theologis* cedit, qui ad excelsa fidei mysteria mentem elevant, & cum Noacho de cultu *DEI*, rebusque divinis differunt. Hic fenestra aperitur ad videndum: hic lumen immittitur ad rectè ambulandum. Facultates enim reliquæ, licet non minus sint necessariae utilissimæque,

salvi.

Media Juridica.

Suprema Theologica.

salvifico tamen & recreante lumine destituuntur, quod solum per scripturam, veluti per fenestram Theologicæ contignationis, accenditur.

Mansiones hæ arcæ Academicæ omnes distinctæ sunt, esse & manere debent, ne confusio pariat inordinationem, omnis mali genitricem.

Cœnacula, quanquam situ & ordine sejuncta, dignitate tamen erant paria, quippe, si non eodem modo, attamen gradu, hoc est, summè necessaria, & eandem arcam constituentia. Idem de Collegiis

Academicis iudicium esto, quæ ordine studijsque distincta, axiomaticæ & usu paria sunt.

Caveri autem debet omnis mixtura, ne fundus sibi rapiat, quod ad cœnaculum vel summum vel medium spectat, & contra, quum huiusmodi $\mu\eta\eta$ - ξ is totum ædificiũ turbet, & ruinam tandem acceleret. Satis per se repletæ sunt mansiones singulæ: Habet, quod agat Theologus: habet Philosophus, habet Jurisconsultus & Medicus: In sua quivis contignatione occupatus sit, Non aliunde accersat.

C pere-

peregrina, sed curet sibi
concredita, ut operis ita
commodè divisis, in equa-
bili pacatoque statu toti-
us arcæ fabrica conserve-
tur.

Ita igitur vidistis hacte-
nus utriusque *u. l. c. u. s.* con-
venientiam in causis. Sunt
autem multò plura com-
parationis membra, quæ
paucissimis tangam, quum
prolixiorum discursum
temporis ratio non ad-
mittat.

*Ut ar-
ca, sic
Acade-
mia se-
pè ver-
satur in
pericu-
lis.*

Verfabatur arca inter
ventorum turbines, inter
fluctuum insultus, inter
tempestatum impetus
gravissimos, ut nunc in
hanc

hanc, nunc in illam partem nutare videretur. An non similis conditio est Academię? An non sæpius venti calumniarum conspirant, & fluctus inquieti omnis generis turbarum irruunt?

Arcam DEUS occludit, postquam Noachus cum familia ingressus fuerat, ne vaga diluvii fluenta eam penetrarent: Nondum dormit, neque dormitat hic custos: Etiamnum occludit arcam Academicam, etiamnum vigilat & custodit, ne aquę persecutionum irruant, alumnosque omnes in-

*Ut arcam, sic
Academiam
DEUS
custodit.*

terimant, O nos felices
tali custode & nauclero,
qui non modò prævide-
re, sed etiam prohibere
fluctuum potest impe-
tum!

*Ut ar-
ca, sic
Acade-
mia fo-
ris non
adeò
fulget,
DEO
tamen
chara
est.*

Arcae species externa
non fuit adeò augusta &
magnifica, nihilominus
universi generis humani
erat tutamen, in oculis
DEI pretiosa, & Angelo-
rum custodiæ singulariter
commendata: Sic vilis li-
cèt appareat Academia,
nec externo splendore
adeò coruscet, gratiosa ta-
men est in conspectu Do-
mini, augusta est ratione
sui, quòd omne, quod ne-
cessa-

cessarium, & omne, quod salutare, in illa, tanquam in reposito-rio divite, abditum delite-
scat. Nemo mihi abjectè sentiat de hac capsa: intus habet divitias suas, intus gloriosa est, quanquam foris parum promittere videatur.

Justam habuit arca & longitudinem, & altitudinem, & latitudinem: Habeat eandem Academia. Ita vivite, *Cives nostri*, ut apud vos sit *longitudo fidei*, credentis omnia, quæ fecit DEUS ab initio seculi, & quæ facturus est: sit apud vos *altitudo spei*, quæ erigi-

Dimen-
siones
arca
compa-
rantur
cum
virtuti-
bus.

tur ad bona, in cœlo præparata, diligentibus Dominum: fit apud vos *latitudo charitatis*, quæ extendi debet ad omnes, tam inimicos, quàm amicos & familiares.

*Ut in
arca, sic
Academia
sua
mundi
& im-
mundi.*

Arcam ingressa sunt non tantùm animalia munda, nec tantùm cicurata, sed mundis immunda, cicuratis ferocia fuere permixta: Ne quæras igitur Academiam undique purgatam. Nunquam tolletur penitus mixtura illa, semper cohabitabunt cum mundis immundi, cum probis improbi. Satis est, si bonorum nume-

rus

rus superet malos, uti
Noachus ex animalibus
mundis septena, ex im-
mundis bina duntaxat in
arcam intulit. Si mundi-
tiem amas & probitatem,
habes, quibus te affocias:
Mansionem impiorum ne
intres: distincta maneat
isthæc conclavia, ne con-
versatio cum immundis
te ipsum inquinat & cor-
rumpat.

In arca fuere varii gene-
ris animalia: Erant ibi vo-
lucres: erant quadrupe-
dia: erant vermes, omnia
tamen cohabitabant qui-
etè, nec in viscera sævie-
bant mutua. Pacem hæc

C 4 sua-

In arca
fuere
varia
anima-
lia, co-
habita-
runt ta-
mè qui-
etè: Sic
pax re-
gnet in
Acade-
miis.

suadent, imò imperant, *Amici*, sit diversitas quoad nationes, sit varietas quoad mores & studia, in eadem tamen arca omnes vivitis, unius corporis membra estis. Nefas & piaculum ducite, rixis pugnisque mutuis indulgere. Ecce! Bruta Noachi animalia, in conspectu vestro adstant pacifica: Et vos, qui ratione præditi, vos, qui præ aliis honorati, vos, inquam, ex ordine literario, aniles contentiones, hostiles provocaciones, & illicitas digladiationes amabitis? Ne quaeso ordini vestro tan-

tas

tas maculas inurite, sed pacem habete cum omnibus, ut DEUS pacis vos dirigat & custodiat.

Tandem uni Noacho cuncta obtemperabant animantia, quippe cui tanquam capiti hominum, tanquam domino brutorum, & nauclero arcae totum imperium erat commissum: Ita suum habet Noachum Academia, suum caput & nauclerum, Rectorem puta, cui gubernatio conceditur, & alumni præstare obsequium tenentur. Hoc difficilimo munere, per præteritum semestre, DEO ad-

*Ut No-
acho in
arca; sic
Rectori
in Aca-
demiâ
obtem-
perent
cuncta.*

C 5 mini-

miniculante, perfunctus,
 si non omnes, plerosque
 tamen obedientes habui.
 Non defuerunt quidem
 immunda animalia, non
 ferocia: sic tamen pro po-
 testate data compescui,
 ne vel mundos inficerent,
 vel toti arcæ periculum
 crearent. Nunc autem la-
 borum fatur & pertæsus
 molestiarum, de volunta-
 te Senatus Academici, &
 pro recepto more ex arca
 lætus egredior, eamque
 nauclero alii regendam
 trado & offero.

*Renun-
 ciatio
 nobi
 Recto-
 ris,*

Quod igitur felix, quod
 auspdatum & salutare
 esse jubeat sospitator
 sum-

summus, novum auctori-
tate publicâ Noachum
produco, singulisq; & uni-
versis arcæ nostræ alum-
nis notum facio, Mihi suc-
cessorem, Academiae Re-
ctorem, legitimè designa-
tum & constitutum esse
Virum Clarissimum &
Consultissimum, Dn. VA-
LENTINUM FÖRSTE-
RUM, J.U.D. & Professo-
rem celeberrimum, Col-
legam nostrum singulari-
ter honorandum.

Salve igitur Rector Ma-
gnifice, & arcam Academi-
cam pede fausto Guber-
nator ingredi, ut cum
auctoritate præsis, &

alumnis omnibus quamplurimum emolumentum afferas. Fiet, si vos modo vestrum faciatis officium, & pietatem erga DEUM, obedientiam erga Noachum, modestiam & pacis studium erga concives omni loco & tempore declaraveritis. Aliter qui animati sunt, quibus turbæ rixæque placent, hi sciant, non de futuram Noacho nostro potestatem, immunda hujusmodi animalia compescendi & coërcendi, quam omnem, qualem & quantam habui, in Te, *Rector Magnifice*, collatam cupio. Quod

ipsum

ipsum ut omnibus inno-
tescat, Ecce ! in conspectu
publico tibi trado *sceptra*
haec argentea, imperii incor-
ruptæque justitiæ symbo-
la & monumenta : Trado
sigillum, Fundatoris Sere-
nissimi effigie ectypâ ex-
ornatum, ut autoritate
Electoralis teniti omnes
intelligant : Trado *Librum*
statutorum, quò juxta præ-
scriptum eorundem om-
nes actiones instituan-
tur & dirigantur : Trado
claves, quæ œconomiam
Academiæ simul concre-
ditam & rectè admini-
strandam esse admonent.
Trado *Epomidem* seu pal-

C 7 lium,

lium, dignitatis concessæ
indiciū, quo simul onus
laborum à meis in tuos
humeros transfero, vires-
que & patientiam ad fe-
rendum ex animo ex-
opto.

Ita ergò, quæ ab ante-
cessore accepi, omnia
& dignitatis & potestatis
axiomata, totius Acade-
mici Senatus nomine in te
contuli, quumque nihil
aliud sit reliquum, quàm
ut arcam Scholasticam de-
votis precibus DEO com-
mendemus, Ecce! suppli-
ces facti, coram te proster-
nimur, Pater misericor-
diæ, conservator maxime.

*Preca-
tio Con-
cluso-
ria.*

In

arca Noachi comparatis. 63

In te speramus uniuers-
si, ne confundamur in
aeternum. Esto nobis in
DEUM protectorem,
& in locum refugii, ut
saluos nos facias. Mul-
tiplicati sunt inimici, &
odio iniquo arcam tuam
oderunt: Eripe nos, &
mirifica misericordias
tuas, ut sub umbrâ ala-
rum tuarum tuti qui-
escamus. Exurge, DO-
MINE, & expugna im-
pugnantes: Apprehende
arma & scutum; Exurge
in adiutorium nostrum:
Induantur confusione,

Psal. 31.

v. 2, 3.

Psal. 17.

v. 7.

Psal. 35.

v. 1.

qui

qui loquuntur maligna.
 Benedicas docentibus &
 discensibus, ut quò plures
 periculorum aquæ afflu-
 unt, eò magis elevetur
 arca Academica. Egeni
 & pauperes sumus, ò
 DOMINE, DEUS sa-
 lutis, adiuva nos & de-
 fende. Serva vineam,
 quam plantasti inter
 nos, ne vel lupi Papistici,
 vel vulpes Calvinisticae il-
 lam devastent. Intende,
 Domine in adiutorium
 nostrum, Domine ad ad-
 iuvandum nos festina.
 Avertantur retrorsum,

Ps. 70.
 v. 1.

&

arca Noachi comparatis. 65

Et erubescant, qui volunt
nobis mala. Adjutor
noster Et liberator noster
est tu, DOMINE, Ne
moreris. Exultent Et la-
tentur in te omnes, qui
querunt te, Et dicant
semper, Magnificetur
DOMINUS, sicut in
principio, ita Et nunc, Et
semper, Et in secula
nunquam termi-
nanda,

D I X I.

ORATIO

66 Oratio de Cherubin, templi,

שְׁמֵחַ וְשִׂמְחָה וְשִׂמְחָה וְשִׂמְחָה וְשִׂמְחָה

ORATIO POSTERIOR,

in

Publicâ Rectora-
tus resignatione habi-
ta Cal. Maij Anno

M DC XXI.

DUM hoc tem-
pore ad vos, Pa-
tres Civesq; Aca-
demici, Viri omnium ordinum
honoratissimi, studiosi lectissi-
mi, dum hoc, inquam, tem-
pore ad vos non nihil ver-
borum facere pro consue-
to more debeo, de ac-

com-

Quib. Stud. esse debent similes. 67

commodata exordii materia operosè diuvè mihi cogitandum non esse existimo. Eam enim & pietas Christiana, quâ nihil unquam sanctius, & antecessorum exempla laudatissima, quibus ad persuadendum nihil efficacius, ultrò suggerunt, imò & jure suo præscribunt. Nimirum ante omnia supremo illi cœlorum terræq; & omnium, quæ in eis vel existunt, vel fiunt, Rectori, Deo Triuni, DEO, inquam nostro, semper glorioso, in secula benedictò, devotæ ex imo cordium penetrati gratiæ, pro in-

Deo agenda gratia.

nume-

68 *Oratio de Cherubinjs templi,*

numeris benefactis, præterito semestri præstitis, habendę agendęque sunt. Quid enim melius & animo geramus, & ore promamus, & calamo explanemus, quàm DEO gratias? Hoc nihil dici brevius, nec audiri letius, nec intelligi grätius, nec agi fructuosius potest, dicente augusto Patre Augustino, in epistola ad Marcellinum.

*Ob bel-
lorum
in Pa-
tria no-
stra a-
versionē.*

Cogitate mecum, Auditores, quàm furiosa in plurimis locis Bellona fuerit, quanta strages passim edita, quot rapinę factę, quot incendia excitata. O miseros Christia-

nos,

Quib. Stud. esse debent similes. 69

nos, qui bello isto antiquis sedibus suis, & sedium fortunis, & fortunarum hæredibus, & hæredum tutore Magistratu, & cum hoc, libero purioris religionis exercitio, isto animarum pabulo mellitissimo privati, demtaque omni misericordiâ spoliati sunt, à quibus malis universis & singulis, per DEI solius gratiam, nos cum nostris immunes tutique permausimus. DEUS igitur solus, in cœlis habitans benedictus sit, qui hanc & Academiam & urbem potenti dexterâ defendit. Non deerant minæ, non

peri-

70 *Oratio de Cherubinīs templi,*

pericula : sed confudit
illas, hæc avertit divina
clementia, & unâ bonæ
spei ostium, de aurea pace
firmanda continuanda-
que nobis paternè ape-
ruit.

*Ob Se-
renissi-
mi Ele-
ctoris
Saxo-
niæ glo-
riosam
è Lusa-
tiâ re-
versio-
nem.*

Cogitate insuper,
quàm tristis & periculosa
patriæ nostræ facies exti-
terit, quùm Serenissimus
ac Potentissimus Prin-
ceps, ac Dominus Domi-
nus JOHAN - GEOR-
GIUS, S. Romani Impe-
rii Archimarschallus &
Electoꝝ, Saxonix, Julix,
Clivix, Montium Dux,
&c. Dominus & Nutritius
noster Clementissimus, ad

Suppe-

Quib. Stud. esse debent similes. 71

Suppetias Sacratissimæ
Cæsareæ Majestati feren-
das, suo cum exercitu in
Lusatiam abiret, ac Budis-
sinum obsidione cingeret.
Erant, qui expeditionem
istam improbabant sum-
mopere, ut quæ certam
Electoralis ditioni ruinam
attractura esset: *Erant*, qui
hostilem irruptionem,
gladium, ignem, vastatio-
nem & extrema quævis
minitabantur: *Erant*, qui
peregrinum hostem jam
in finibus nostris versari,
& omnia depopulari aje-
bant, multisque terrorem
longè maximum incutie-
bant. Sed benedictus sit

Domi-

72 *Oratio de Cherubinis templi,*

Dominus, qui avertit
omne opprobrium inimi-
corum, & eventum præter
communem opinionem
atq; expectationem largi-
tus est felicissimum. G L O -

R I A S I T I N E X C E L -
S I S D E O, qui Consilia
Electoralia ipse direxit,
eorumque dexteritatem
successu insperato, & verè
admirabili confirmavit.

G L O R I A S I T I N E X -
C E L S I S D E O, quia
hostium minas & moli-
mina confudit, animum
omnem ademit, serasque
portarum nostrarum con-
fortavit, potentissimè.

G L O R I A S I T I N E X -

C E L S I S

Quib. Stud. esse debent similes. 73

CELSIS DEO, qui Sere-
nissimum Electorem, tro-
phæis victoriæ insignem,
salvum & incolumem re-
duxit, ut sub umbra illius
non tantum nos cum no-
stris gratum refrigerium
habere, sed alijs quoq; ad
Illustris. Serenit. ejus tan-
quam ad sacrum asylum
& religionis Lutheranae
hyperaspistem ac Defen-
sorem primarium humi-
lima mente manuq; con-
fugere liceat. Magna hæc
sunt opera Jehovæh : A
Domino factum est illud,
& est mirabile in oculis
nostris, multorumque
hominum, ut nunc

D humi-

74 Oratio de Cherubinis templi,

humili mente, hilari voce
universi & singuli accla-
ment: DEO DIRIGENTI
GLORIA, ELECTORI EXE-
QUENTI GRATIA, nullis
seculis terminanda.

*Ob salu-
taris aë-
ris con-
cessionē.*

Cogitate porrò, quàm
sæva pestis alias urbes
scholasque occuparit, &
disiecerit, quàm multa
hominum millia justo Dei
iudicio è viventiū regione
abripuerit. Dolorosum
nimis est, & verbis expli-
cari vix satis potest hæc ca-
lamitas, grassante lue,
multa sibiq; invicem suc-
cedentia suorum funera
videre, & à cōsuetō homi-
num aspectu consortioq;

remo-

Quib. Stud. esse debent similes. 75

removeri: Verùm ab hoc etiam malo, per DEI solius gratiam, nos cum nostris immunes tutiq; permansimus. DEUS igitur solus vicissim benedictus sit, quòd Angelum percussorem cervicibus nostris non immisit, sed salutarem auram & optatam corporis sanitatem concessit propitius.

Cogitate porro ipsos docentium discentiumq; in hac illustri Sione labores & actus. In toto corpore Academico fraterna viguit concordia, & suavis animorum conjunctio: In cathèdri audita est vox

Oblaborum Academicorum benedictione.

D 2 mul-

multa: Disputationes publicæ numero quadraginta sunt habitæ: In singulis Facultatibus copiosa lectionum seges jacta: Tringinta quatuor Magistrorū promotio peracta solenniter: Facultas Medicæ Licentiato aucta: Novorum Professorum accessio facta; Amplioris Bibliothecæ fundamenta posita: omnisque gubernatio mea longè quietior fuit illâ, quam ante sexennium, varias inter turbas & difficultates, non absq; singulari tædio, sustinui. In vestram, ô studiosi optimi, quin imò non tam in ve-

stram,

Quib. Stud. esse debent similes. 77

stram, quam DEI cuncta
dirigentis laudem dico fa-
teorq; quòd per omne re-
giminis mei tempus, debi-
tam & obedientiam, &
modestiam satis superque
declaraveritis: Cum pri-
mis gratulor mihi vobis-
que, quòd nemo ex ijs,
qui mihi dati, meæve gu-
bernationi cōcrediti fuê-
re, hactenus perierit, hoc
est, ita vos gessistis, ut in
neminem vestrūm vel re-
legatoriam, vel excluso-
riam virgulā, quam sem-
per adhibemus inviti,
stringere necessum fuerit.
Hanc igitur felicitatem,
hunc Academiae florem,

D 3 tran-

78 *Oratio de Cherubinīs templi,*

tranquillumq; istud præteriti semestris regimen, cui alij feremus acceptū, quā uni Deo, illi omnis boni & fundo & subscriptori unico?

Benedictus ergo, iterum iterumq; benedictus sis, ō Domine Deus Patrum nostrorum, qui glorificandus es nimis & exaltandus in secula. Extollimus meritò nomen tuum excelsum, quia est admirabile in universa terra. Ecce, cognovimus denuò, quòd magnus sis & humilia respicias.

*Mat. 3.
v. 52.*

*Psal. 8.
vers. 1.*

*Pf. 114.
v. 12.*

Cogno-

Quib. Stud. esse debent similes. 79

Cognovimus, quòd in
altis habitas, & inde fi-
lijs hominum benedicis.

Quare magnificat ani-
ma nostra Dominum, &
exultat spiritus noster in
DEO salutari nostro. Re-
spexit humilitatem Wit-
teberge, ancila sue:
Ecce, beatam dicens
eam omnes generatio-
nes. *Vox magna fecit vo-*
bis, qui potens est, & san-
ctum nomen ejus. Miseri-
cordia ejus à progenie in
progeniem super timen-
tes eum. Fecit potentiam
in brachio suo, dispersit

Luc. 1.
v. 45.

D 4 super-

80 Oratio de Cherubinīs templi,

superbos, deposuit poten-
tes, exaltavit humiles,
esurientes implevit, &
divites dimisit inanes.
Gloria ergo sit DEO PA-
TRI, summo Scholarum
fundatori; Gloria sit DEO
FILIO, Munifico earum
conservatori: Gloria sit
SPIRITUI SANCTO,
semper colendo illumina-
tori, Gloria sit INDIVI-
DUÆ ET BENEDICTÆ
TRINITATI: Omnis lin-
gua & omnis spiritus lau-
det Dominum, Halle-
luja.

Ps. 150.

Jam

Quib. Stud. esse debens similes. 81

Jam verò post peracta
foteria, quæ ipsa efflagita-
vit pietas, dicendum insu-
per quiddam est de argu-
mento gravi & jucundo,
quod in tanta rerum va-
rietate seligere, non pa-
rum difficile, selectum di-
gnâ tractatione profequi,
longè difficilior esse autu-
mo. Dicendum tamen
est, ne in antiquam, & à
plurimis annis receptam
consuetudinem prævari-
cari, laudatosque termi-
nos, quos posuere majo-
res inclyti, temeritate
quadam movere velle vi-
dear.

Dicam igitur de thema-

*Proposi-
tio.*

D 5 te.

82 Oratio de Cherubinis :empli,

te, si *conditionem* ejus spectes, sacrosancto & sublimi; si *antiquitatem* attendas, venerando; si *jucunditatem*, non ingrato; si *professionem meam*, non alieno; si *ordinem nostrum* & hanc *panegyrim* Solemnem, non inepto, nec prorsus incongruo. De *ali* dicam *thematē*, quod elegantissimā *picturā* & *significatione*, clarissimā, veri studiosi *qualitates* atque *necessaria* *requisita* exhibebit, quod *varias* & *perutiles* *doctrinas* *revocabit* nobis in *memoriam*; quod *denique* *ad* *sacri* *codicis* *genuinam* *in* *multis* *locis* *intelligen-*

tiam

Quib. stud. esse debent similes. 83

tiam non parum condu-
cet, sed velut accensa fa-
cula, illustri jubare prælu-
cebit.

Dicam nimirum
de alatis sanctisq; Cheru-
bim, tùm vivis & in for-
ma juvenum apparenti-
bus, tùm præcipuè de illis,
quos ad delineationem
divinam artificiosissime
confectos, primùm in san-
cto tabernaculo fidelis
DEI minister Moses, post
in celebratissimo Hieroso-
lymæ templo, ejusq; inte-
riori atrio, admirandum
illud sapientiæ humana

D O O R A

84 Oratio de Cherubinis templi,

oraculum, Rex Salomon collocavit. Horum, inquam, sanctissimorum Cherubim & nomen, & materiam, & formam, & alia, scitu ad eorum rationem cognoscendam necessaria, studiosè scrutabimur, & quid literatos doceant, eorumque debitos mores ut exprimant, paucis annotabimus. Veros n. & munere suo rectè fungentes studiosos quàm video, nihil aliud, quàm vivos animatosq; Cherubim me videre censeo, quàm ob causam si per compendium, & velut hieroglyphicè aliquem sui admonere deberem offi-

cij,

Quib. Stud. esse debent similes. 85

cij, hoc unico istud expeditum darem versiculo:

Sis, Cherub, & studiosus eris Re, Nomine verus.

Sicut autem devoti taci-
tiq̄ue arcæ Domini adsti-
terunt Cherubini, ita ut
vos *Patres, Civesq̄*, ut vos,
inquam, mihi de Cheru-
binis verba facienti, atten-
tionem & silentium ve-
strum accommodetis, ve-
hementer oro. Sanctam
sanctorum aperietur, &
intrōspicere vobis dabi-
tur: procul, ô procul este
profani: Vos autem, qui
boni, devotis animis ac-
cedite, & dum sacros Che-
rubinos produco vifen-

D 7 dos,

dos, benevolentiam me vestram prosequi ne dedignemini.

Cherubimorum crebra fit mentio in scripturis.

Cherubinorum, vel potius Cheruborum, uti Mercerus, (in cap. 3. Gen. p. 140.) ad Hebraeam linguam respiciens, appellare maluit, frequens in scripturis sacris fit mentio. Ejecto est Paradisi viretis Adamo, collocavit Dominus, ab oriente horti Edem, Cherubim ad custodiendam viam ligni vitae, Gen. 3. v. ult. Duos Cherubim aureos & productiles facies, ex utraque parte oraculi, mandatum Jehovah est. Mosis traditum,

Quib. Stud. esse debent similes, 87

ditum, Exod. 25. vers. 18. 19.
Rex Salomon fecit in san-
cto sanctorum duos Cherubim
de lignis olivarum, 1. Reg. 6.
v. 23. Dominus vectus est super
Cherubim, & volavit, Psa. 18.
v. 11. Qui regis Israel, intende:
qui sedes super Cherubim ma-
nifestare, precatio Asaphi
est, Psa. 80. v. 2. Dominus
regnabit, qui sedet super Che-
rubim, Davidis confessio
est Psa. 99. v. 1. Domine ex-
ercituum Deus Israel, qui sedes
super Cherubim, tu es D E U S
omnium regnorum terra, in-
quit Esaias, c. 37. v. 16. Bene-
dictus es, qui intueris abyssos,
& sedes super Cherubim, ca-
nunt tres pietatis viri in

for-

fornace Babylonica, Dan. 3. v. 55. Sic Ezechieli Prophetæ ostensa est gloria Domini in curru Cherubim *cap. 1. v. 10.* quo nomine commendatur à Syracide *6. 49. v. 10.*

*Dubiū
serò est,
quid
sint.*

Ut autem ex his, alijsq; sacrarum literarum testimonijs, quòd sint Cherubim, certum est; ita quid illi sint, haut æquè certum habetur & exploratum.

Ante omnia sciendum, quòd *Cherub* in singulari, vel *Cherubim* in plurali, nomina sint Angelorū, mentionem illarum, in cœlis beatissimam vitam viventium. Quia verò cœlestes isti &

invi-

Invisibiles spiritus in forma visibili vel apparuerunt nonnunquam ipsi, vel tantum per picturas aut sculpturas representati sunt; hinc duplices oriuntur Cherubim, quorum alij vivi & mobiles; alij contra inanimati & immobiles nuncupari possunt.

Ut clarius dicam, vox Cherubim vel ipsos notat Angelos in certa visibili specie apparētes, vel duntaxat eorum figuras, pingendo sculpendove expressas.

Quod **CHERUBIM** vivos attinet, fingunt Romanenses, eos peculiarem

Ange.

Ante omnia distinguitur inter vivos, & inanimatos Cherubim.

Unde duae oriuntur hujus orationis partes.

Prima, De vivis Cherubim.

Hos Pontificij dicitur esse peculiarem Angelorum ordinem.

Angelorum ordinem cō-
stitueret, siquidem cum
personato *Dionysio*, totam
cœlestem militiam, in di-
stinctas novem sive tri-
bus, sive classes distribu-
unt. Primum enim tres
ταξεις *τεταδικας* vel hier-
archias numerant, dein-
de in singulis hierarchijs
tres ponunt ordines vel
choros, quorum singuli
multa Angelorum millia,
variosque gradus conti-
neant. In *prima Hierarchia*
collocant Seraphim, &
Cherubim, & Thronos.
In *secunda* Dominationes,
Virtutes, Potestates. In
tertia Principatus, Archā-
gelos,

Quib. mod. esse debent similes. 91

gelos, Angelos. Quâ verò
ratione inter se distent isti
ordines, & quodnam cu-
jusque sit officium pro-
prium, mirâ verboritate
explicant tum *Dionysius* il-
le fictitius, tum qui se-
quuntur eum, *Lombardus*
l. 2. sent. dist. 9. & *Thomas*
de Aquino part. 1. summæ
Theol. quæst. 103.

Secundum verò Cho-
rum, quem Cherubis de-
putare solent, ita in specie
describit *Isidorus* l. 7. orig.
c. 5. *Cherubim* & ipsæ subli-
mes cælorum potestates, &
Angelica ministeria perhiben-
tur, qui ex *Hebræo* in linguam
nostram interpretantur scien-

tia

tie multitudo. Sunt autem
 sublimiora agmina Angelo-
 rum, qui pro eo, quod vicinius
 positi, divinam scientiam, ceteris
 amplius sunt, Cherubim, hoc
 est, plenitudo sapientie appel-
 lantur. Verum hæc neque
 nominis, neque rei vera &
 genuina explicatio est. Nam
 Hebræam vocem כְּרֻבִים
 significare plenitudinem
 scientiæ, quod etiam Pe-
 rerius habet lib. 6. in Gen.
 super c. 3. v. ult. p. 228. in-
 eptum est ac penitus con-
 fictum: deinde Cherubi-
 nos peculiarem, eumque
 secundum Angelorum
 esse ordinem, nullam ratio-
 ne satis firmam demonstra-

*Quæ seu-
 tentia
 rejicitur.*

ri potest. Scriptura quidem Eph. i. v. 21. Coloss. i. v. 16. & alibi, distincta recenset Angelorum nomina, unde illos & officiorum generibus, & dignitatum gradibus non nihil impares esse, licet naturâ, naturaliq; dignitate omnes sint pares, haut inviti concedimus: certas verò Hierarchias, certosque in singulis ordines, & tales dignitatum gradus, quibus perpetuò alij alijs præmineant, alij autē subjecti alijs inserviant, inter Angelos constituere, temerarium, & à scripturæ sim-

plici-

plicitate prorsus alienum esse pronunciamus.

*Licet
Dionysii
autori-
tate sta-
bilitur.*

Neque moramur ad eò scriptoris istius, quem Dionysium vocant, authoritatem, quippe quæ non immeritò nobis suspecta est, & planè dubia. Tres, ut ἐν παρόδῳ id dicam, illustres Dionysij celebrantur apud historicos Ecclesiasticos, in quorum numero iste hierarchias scriptor esse non potuit.

*Quæ oc-
cassione
de Dio-
nysio a.
liquid
inspergi-
tur.*

Primus fuit Dionysius Areopagita, circa annum Christi 95. Pauli discipulus, Atheniensis Ecclesiæ Episcopus, de quo *Act. 17. v. 34.* & apud Eusebium *l.*

Quib. Stud. esse debent firmes. 95

4.0.23. Hunc libros de hierarchia coelesti non edidisse, luculentum inde fit, quod templorū, altarium, monachorum subinde facit mentionem, quæ tamen in primitivâ Ecclesia locum habuere nullum. Scribit insuper, se cum sanctis fratribus suis ad videndum Mariæ *θεοτόκου* mortuæ corpus convenisse, quum tamen Dionysius Areopagita ad fidem Christi ante annum Domini 52. non conversus, teste *Baronio Tom. i. Annal. ad An. 48. num 7.* Maria verò Deipara, anno Domini 48. mortua sit, te-

stan-

96. Oratio de Cherubinīs templi,

stante Eusebio in Chronico.
Adde, quod in libro de
divinis nominibus citatur
sententia quædam Ignatij
ex epistola, quam scripsit
ad Romanos, dum vin-
ctus Romam mittitur pro-
ijciendus ad bestias: id
quod accidit imperante
Traiano, satente Baronio
Tom. 2. Ann. ad an. 109.
num. 12. Dionysius verò
Areopagita mortuus est
tempore Domitiani, præ-
decessoris Nervæ, ut ma-
nifestum est ex Methodio &
Metaphraste. Hinc ipsi eru-
ditiores, Pontificij opera
Dionysij pro genuinis non
agnoscunt, ut Cajetanus,

Valla,

Quib. Stud. esse debent similes. 97

Valla, Erasmus, Possevinus alij, quos inter cum primis est *Guilielmus Grocinius* Anglus, qui olim magnâ celebritate cœpit profiteri hierarchiam Ecclesiasticam, atque in præfatione stomachatus est in eos, qui negarent illum esse *Areopagitam*. Verùm ubi jam aliquot hebdomadas esset progressus, atque ut fit, propius ac familiarius introspectisset Authoris ingenium, non dubitavit apud eosdem auditores *παλινορθῶν* priorem sententiam, profitens, sibi nequaquam videri *Dionysij Areopagitæ*, memo-

E ran-

98 *Oratio de Cherubinis templi,*

rante *Erasmio Scholijis* in
Hieron. de Eccles. script.
& declarat. ad censur.
Theol. Paris. tit. 31. num.
91.

Secundus Dionysius fuit
Corinthiorum Episcopus,
Justino Martyri *σύγχρο-*
νος, magni nominis vir,
circa annum Domini 166.
sub Antonino Philoso-
pho, teste *Eusebio Caesar.* l.
4. c. 23.

Tertius fuit Origenis, an-
no 217. florentis discipu-
lus, Alexandrinus Episco-
pus, de quo multa idem
Eusebius habet l. 6. c. 40.
seqq. quibus Dionysijs
quū ipsi Pontificij libros

hie.

Quib. Stud. esse debent similes. 99

hierarchias cœlestis non assignent, & verò primus, ut ostensum, author eorum nequaquam fuerit, fictitium esse illum Dionysium, recentē obscurumque scriptorem monasticum, ut ejus autoritate, in numerandis Angelorum ordinibus, & describendis Cherubim haut teneamur, suâ sponte consequitur, ideoque Lutherus noster rectissimè scripsit in c. 3. Gen. fol. 58. *Apud Græcos est Dionysius, quem jactant Pauli discipulum fuisse, sed id non est verum. Est enim plenissimus ineptissimarū nugarum, ubi de hierarchia cœ-*

E 2 lests

100 Oratio de Cherubicis templi,

lesti & Ecclesiastica disputat.
Fingit novem Choros, tan-
quam sphaeras; Sed quis dixit
ei, esse novem Choros? Cur
postea Franciscani addiderunt
decimum, tanquam palatium,
in quo diva Mater habitaret?
In summa, haec sunt nugae, di-
gnae quas discant & admiren-
tur Papistae, postquam sanam
doctrinam tam pertinaciter
impugnant.

Expli-
catur,
quid ve-
rè sint
sibi Che-
rubim.

Relictis igitur nugis
Scholasticis, arbitramur,
per VIVOS CHERUBIM
non in specie peculiarem
Angelorum ordinem, vel
Chorum, sed ipsos potius
Angelos in genere deno-
tari, non quidem ratione

ἰστίαι

Quib. Stud. esse debent similes. 101

ἰσῖος, vel essentia, quæ invisibilis; sed ratione φανερῶσως, vel apparentia, quatenus in florida & juvenili facie hominibus apparuerunt. ita enim Lutherus noster in c. 3. Gen. fol. 58. commentatur: Cherub est nomen generale, quod non constituit nomen singulare inter ordines Angelorum, sicut Dionysius somniat, sed ad apparentiam pertinet, quod floridâ specie & juvenili facie se offerunt hominibus. Idem paulò post: Quòd si accedat rutilantia, ut sic dicam, qualis Stephani facies fuisse dicitur, leta & hilaris, ex cuius oculis mera letitia radiabant, tum

E 3 dicun-

dicuntur *Seraphim*, Nos germanicè possumus dicere facies die blühen vnd glühen. Ad stipulatur hinc doctissimus Pontificiorum *Augustinus Steichus*, Papæ Bibliothecarius quondam, in sua *cösmopæja* fol. 87. ita scribens: *Sciendum, Cherubim non esse prorsus unius gentis Angelica, sed generatim omnium Angelorum nomen. Sonat enim Cherub alatum, volucrem. Quoniamq; Angelorum sunt velocissimi motus, velocissimus famulatus, & subita mandatorum DEI executio, hinc appellati sunt omnes volucres, volantes. Persuasum sit igitur, Cherubinos omnium*

esse

esse generatim nomen Angelorum, sicut Angeli dicuntur, id est, missi: Eandem enim habet vim missio ac volatus. Mittuntur, missiq; volant ventis rapidissimis & fulminibus velociore.

Quocirca, ut rem breviter exponam, sicuti vox Seraphim Angelos in forma ignea & rutilante; sic vox Cherubim Angelos in forma juvenili floridaq; apparentes significat.

Et tales vivi visibilesq; Cherubim fuere illi, quos ante Paradisum, ejectis primis parentibus, cum romphæa flammea & versatili collocasse legitur di-

De Cherubinis ante Paradisum collocatis.

vina irati iudicis majestas.

Variè quidem olim disputatum est de istis Paradisi Cherubis, & flammante illorum gladio.

Philo libr. i. de Cherubim, igneos cœlorum motus tum ordinatos esse, absurdè satis nugatur.

Ambrosius in Ps. 118. suis speculationibus indulgēs fingit, DEUM ante Paradisum construxisse purgatorium ignem, per quem post consummationem seculi, omnes fideles Paradisum ingressuri transcant, id quod à scripturis planè alienum.

Theodoretus Quæst. 40.

super

Quib. Stud. esse debent similes. 105

Super Gen. & Jacobus Chyus
referente Sixto Senense l.
5. Biblioth. annor. 58. Che-
rubim illos fuisse autumat
terribiles, quasdam visio-
nes seu spectra, quasi quæ-
dam *μορμολύκεια*, ad hor-
rorem accessuris incutien-
dam, ibi fixa, cuiusmodi in
agris ad terrendas avicu-
las suffigi solent, id quod
nimis puerile esse, quis
non intelligit?

Thomas & alij fabulau-
tur, Moſen figuratis verbis
significare voluisse, Para-
disum sub Zona torrida
situm, ideoq; hominibus
inaccessum esse, quoniam
vulgari opinione Zona
torrida, ob nimium aestu-

E 5 puta-

putata est inhabitabilis, quod figmentum experiētia nostri seculi satis refutavit.

Lyra existimat notari, tunc jussu DEI ex altissimo Paradisi monte circumquaque maximum ignis incendium erupisse, quo instar muri cingeretur, id quod sine omni ratione & fundamento dicitur.

Alij mystologicè verba Mosis exponunt, quòd ijs notentur magna impedimenta, quibus homines post peccatum ab ingressu in Paradisum cœlestem retardentur, Eorum duplex esse genus, *unum* invisibile,

ex

Quib. Stud. esse debent similes. 107

ex ipsis dæmonibus, qui significetur per Cherubim, profectum: *Alterum* visibile, tam bonorum quam malorum corporalium, quibus homines vel delinuti vel deterriti fractique à consecutione bonorum cœlestium retrahantur, quod adumbratum sit à Mose per flammeum gladium & versatilem. Hunc enim varias innuere cupiditates carnales, ex appetitu sensitivo ortas, & vel concupiscibili, per flammam, vel irascibili, per gladium significato. *Sed præterquam quòd nimis insolens est, per Cherubinos*

E 6 intel-

intelligere dæmonas, malosque Angelos, tum istud etiam ἐξήγησιν hanc suspexitam reddit, quod à literalī sensu receditur omninò, & meræ tropologiæ finguntur, quùm tamen Moses planum agat historicum, & Genes^{is} verba literaliter, non allegoricè sint accipienda.

Quocirca tutissimum est, verba exponere prout sonant, de Angelis bonis, sub figura hominum ante Paradisum collocatis, qui manibus suis tenebant gladios versatiles, ex utraque parte acutissimos, & vel quoad substantiã suam

igneos,

Quib. Stud. esse debent similes. 109

igneos, uti Luthero placuit, vel ex vibratione tantum fulgentes, siquidem ensis, quum vehementer vibratur, emissis quasi scintillis solet exsplendere, ut ita Deus Paradisi aditum duplici custodia & quasi praesidio, tum Angelorum, tum earum rerum, quae maximè homini sunt formidabiles, ut ignis est, & gladius, quam firmissimè munitum dederit, ab eiusque ingressu Spiritus hominesque lapsos penitus excluderit. Angeli autem custodes isti Paradisi, vocantur à Mose Cherubim, quia suo tempore vulgò

E 7 dice-

110 *Oratio de Cherubinis templi,*

dicebantur hoc nomine,
propter Cherubinos arcae
foederis infidentes, qui
haut dubiè formâ juve-
num alatorum, Angelicam
custodiam & ministerium
in Ecclesia representarunt.

Atque hætenus quid
per vivos Cherubim intel-
ligendum veniat in scri-
pturis, expositum satis esse
opinor.

*Sum-
ma eo
rñ, quæ
de vrbis
Cheru-
bim sci-
untur.*

Summatim, dicendo,
*Angeli sunt, in forma humana
& juvenili apparentes, sub qua
ipsâ specie ante Paradysum ad
custodiendam viam arboris vi-
te positi fuere.*

Assumpserunt autem
Angeli humanam & juve-

nilem

Quib. Stud. esse debent similes. 111

nilem formam, ut homines, & præsertim juvenes, vicissim assumerent formam Angelicam, eorumque virtutes imitarentur.

In cœlis degunt Angeli, terrestria bona non affectantes: ita, *ô mei studiosi*, valeat terra, & res suas sibi habeat, *τῆ ἀνω* quæramus, & ad cœlum, verum istud *πολίτευμα* nostrum, unice properemus.

Angeli sunt sapientes & prudentes spiritus: videte, ut inscitiae & imprudentiae sordes deponatis; velut ætate, sic sophia crescere debetis quotidie.

Angeli sunt sancti, puri,

casti.

Applicatio
moralis.

112. *Oratio de Cherubinis templi,*

castiq; spiritus; Absit à vobis omnis spurcities, absit impietas & nequitia; sancti estote, ut inter sanctas purasq; mentes locum inveniatis.

DEO in omnibus & ubique obtemperant Angeli, ἄγγελοι καὶ διακονοὶ, celebrant & serviunt, prout Græca olim Ecclesia eorum officia descripsit: A vobis etiam requiritur humile obsequium, Laus Jehovah sit in ore vestro, DEO ministrare, & in ejus mandatis ambulare vobis sit semper volupe.

Malos fugiunt, bonorum consortio gaudent

cœ

Quib. Stud. esse debent similes. 113

coelestes Cherubim: Exi-
te & vos à gente perversa,
quæ societas luci & tene-
bris, quæ cõmunio Chri-
sto & Belial? Bonos ama-
te, cum bonis converse-
mini, si bonorum titulo
insigniri vultis.

Coelestes Cherubim
fratrum adinstar vivunt
concorditer, in summa
tranquillitate: Quid igi-
tur inter vos cõvitia, quid
rixæ, digladiationes, præ-
lia? Non Cherubim, sed
dæmonum hæc sunt ope-
ra, Pax regnet inter vos,
pacificè vivendum, & fra-
ternè cohabitandum est.

Sed abrupto hîc, &

Secūda
pars, de
inani-
matis
Cheru-
bim.

*vivis Cherubim ad scul-
ptos inanimatosq; pergo,*
qui eorum, prout ab ho-
minibus visi, figuram spe-
ciemq; exhibuerunt. Illi
enim exemplar, hi exem-
plum; illi prototypon, hi
ejusdē imagines sunt, non
humanā prudentiā inven-
tæ, sed ad divinam hypo-
typosin à Deo ipso præ-
scriptam elaboratæ.

Ingredimur ergo nunc
sacrosancta adyta, cultu
omni & honore semper
dignissima, nempe taber-
naculum illud, cujus ar-
chitectus non *Dædalus*, qui
statuas per se mobiles for-
mavit, non *Callicratides*, qui

cur-

Quib. Stud. esse debent similes. 115

currus tales molitus est, ut
muscarum alis regi pos-
sent, non alius quicumque
aut fabrili, aut statuaria ar-
te celebris, sed DEUS,
DEUS ipse, qui juxta Pla-
tonem semper γεωμετρῆς,
juxta scripturam semper
οικοδομῆς. Hic igitur ἀκα-
τάλητος DEUS, quem cœ-
li alias non comprehen-
dunt, quum post miracu-
losam ex Ægypto eductio-
nem, sanctum in Populo
Israelis tabernaculum si-
bi erigi mandaret, inter a-
lias constitutiones Cheru-
binorum quoque forma-
tionem Mosis præcepit his
verbis, Exod. 25. v. 17. seqq.

*Horum
efforma-
tionem
DEUS
ipse præ-
cepit.*

DNOS

116 Oratio de Cherubinis templi,

Duos quoq; Cherubim aureos
& productiles facies ex utraq;
parte oraculi. Cherub unus sit
in latere uno, & alter in alte-
ro. Facietis Cherubim super
duas extremitates arcæ expan-
dentes alas, & operientes ora-
culam, respiciantq; se mutuo
versis vultibus in propitiato-
rium, quo operienda est arca,
in qua pones testimoniū, quod
dabo tibi. Inde præcipiam &
loquar ad te supra propitiato-
rium, ac de medio duorum
Cherubim, qui erunt supra ar-
cam testimoniij, cuncta, que
mandabo per te filijs Israel.
Atque hæc illa est, divini-
tus revelata, sanctorum
Cherubim in tabernacu-

lo positorum, descriptio, quæ ipsa ut clarior evadat, atque plenior, ante omnia notandum, quod Cherubim sanctuarij, & Cherubim ab Ezechiele visi, quum gloria Jehovah ipsi ostenderetur in curru, planè simili formà fuerint præditi, & exornati. Hoc ipsemet Vates apertis verbis professus est, quum post absolutam visionis descriptionem, subjecit cap. 2. v. 1. Hæc visio similitudinis gloria Domini, quibus verbis innuitur, prototypum & protomodulum hujus imaginis, quam Ezechiel Propheta viderat, fuisse

faciem

Cherubim sanctuarij, & Cherubim Ezechielis eadem formà fuerint præditi.

faciem Domini, sedentis
super Cherubim in oracu-
lo templi: Nam arca te-
stamenti cum suo propi-
tiatorio & appositis Che-
rubim, hoc tam insigni ap-
pellabatur nomine, GLO-
RIA DEI, siquidem suam
præsentiam, excellentiam,
majestatem, cum primis
in sanctuario templi de
arca fœderis inter Cheru-
bim patefecit DOMINUS.
Sic legimus Ps. 25. v. 8. *Di-
lexi decorem domus tue, & lo-
cum habitationis gloriæ tuæ,*
Ps. 77. v. 61. *Tradidit in ca-
ptivitatem gloriam eorum,*
quod ita effertur 1. Sam. 4.
v. 21. *Translata est gloria DEI*

ab

Quib. Stud. esse debent similes. 119

*ab Israël, eò quod capta esset
arca. Proinde visio Eze-
chielis, quia fuit visio simi-
litudinis gloriæ Domini,
absq; omni dubio respon-
dit majestati Jehovæh, per
arcam Cherubinis septam
in sanctuario repræsenta-
tæ.*

*Accedit, quòd c. 10. Pro-
pheta scribit, gloriam DEI,
equitantem quadrigâ Cheru-
bim, jam egredi è templo, jam
stare in limine, jam in atrio
consistere, jam regredi in san-
cta Sanctorum, sonitumq; ala-
rum Cherubim auditum in a-
trio exteriori, quæ omnia
docent luculentè, visio-
nem Ezechielis ad ratio-*

nem

120 *Oratio de Cherubinis templi,*

nem templi & Cherubimorum ibi existentium conformatam fuisse.

Cum primis clarissima sunt verba c. 10. v. 20. Hoc est, ait Propheta, hoc est illud animal, quod videram sub DEO Israelis ad flumen Chobar, & cognovi, quod Cherubini essent. Uade autem illud potuisset cognosci, nisi Angeli in forma Cherubim super arcam positorum apparuissent?

Sunt insuper auctores non ignobiles, qui visionem Esaie c. 6. & Danielis c. 7. & Johannis Apostoli, Apoc. 4. descriptam, cum visione Ezechielis eandem, &

ad

Quib. Saud. esse debent similes. 121

ad modum gloriæ Domini in sanctuario expressæ factam esse, non absq; ratione autumant, ut ita Cherubim *sanctuarij*, Cherubim *Ezechielis*, Seraphim *Esaie*, Ministri assistentes *Danielis*, & quatuor animalia *Johannis* quoad formam exterioram planè coincidunt.

Istis igitur ita præsuppositis, nunc ipsum Cheruborum nomen, causam efficientem, materiam, formam, finem, locum, numerum, & similia, paulò propius intuebimur, & quâ ratione veri studiosi exprimant virtutes, unâ considerabimus.

Circa Cherubinos varia considerari possunt.

F Prin-

1. No-
minis
origo.

Principio, quod No-
MEN CHERUBIM concer-
nit, nec etymon ejus, nec
significatus genuinus per
omnia satis constat.

Sunt, qui pro primitiva
dictione habent, & ima-
ginem quamvis non tan-
tam humanam denotare
autumant, quæ *Aben Ezra,*
Zanchij, Kimchi & Schind-
leri, est opinio.

Sunt, qui compositam
vocem esse asserunt, nimi-
rum ex Servili litera & no-
ta similitudinis Caph, nec
non ex Chaldæo nomine
כַּרְבִּיָּא quod parvulum vel
juvenem notat, ut ita Che-
rub dictus sit quasi כַּרְבִּיָּא

sicut

Quib. Stud. esse debent similes. 12

sicut juvenis, quò Lutherus in
Genesis, & Maritus in arca
Noah inclinant. Sed quū
nomen Cherub merè sit
Hebraicum, origo ejus a-
pud Chaldaeos frustra que-
ritur, nec unquam inve-
nietur.

Sunt tandem, qui à rad.
רכב, equitavit, insedit,
vectus est, per metathesin
literarum deducunt, ut
כְּרוּבִים dicti sint quasi
רכובים seu currus &
vehicula DEI. Super Che-
rubim enim DEUS sedere,
vehi, volare, equitare
haut rarò in scripturis di-
citur, id quod intelligi pot-
est tum de invisibilibus

F 2

Che-

Cherubim vel Angelis, qui celerrimi Jehovah currus & legati sunt, tum de visibilibus Cherubim in sanctuario collocatis, qui ahs suis super arcam, fœderis expansis & sese mutuò contingentibus quoddam DEI velut sedile aut vehiculum confecerunt. Hinc Altissimus nuncupatur *sessor Cherubinorum* i. Sam. 4 v. 4. & gloria Domini *Cherubinis insidere* dicitur, Ezech. 9. v. 3. c. 10. v. 1. 2. Hæc etymologia cum pr. mis *Mercero* placuit, Prado & Villalpando, quam ipsam quoque ob vocum cognationem, & rei convenientem expressionem

reli-

Quib. Stud. esse debent similes. 125

reliquis jure optimo anteponimus.

Vestri autem, *ô Studiosi*, muneris hoc ipsum *ἐπιμολ* in frontispicio statim vos admonet. Sitis Cherubim, hoc est, *רכובי* vel currus Jehovæh: Infideat vobis gloria excelsi: Vehatis DEUM in corde & confidatis illi in omnibus: Vehatis DEUM in ore, & celebretis ante omnia: Vehatis DEUM in aure, & diligatis verbum ejus super omnia. Quid faciunt in cordibus vestris iniquitates, quid in oribus calumniæ, quid in auribus obscænitates, quid in manibus gladij & pugiones? Non hæc

Ejusdē applicatio moralis.

F 3 Jeho-

Jehovæ, sed Satanæ vehicula : non hæc studiosorum, sed bachantium insignia sunt. Exuantur hi mores ; ita vos geratis, ut Deus vobis ceu sanctis Cherubim suisque amatis infidere curribus delectetur.

2. *Causa efficiens,*

Porro EFFICIENS CHERUBORUM CAUSA PRIMARIA fuit Dominus, univ-
ersum tabernaculi appa-
ratum præscribens ; INTER-
MEDIA Moses & Rex Salo-
mon, ORGANICA Bezaleel,
atque cæteri artifices, qui
materiam Cheruborum
elaborârunt, & effinxerunt
quàm pulcherrimè.

Neq;

Quib. Stud. esse debent similes. 127

Neque vobis hæ causæ
desunt, *Adolescentes optimi!*
Ut fiatis sitisq; Cherubim,
Ecce opem præ omnibus
suam confert *Altissimus*, à
quo bonum quodvis de-
scendit, qui Solus studijs
nostris incrementum dat
uberrimum. Habetis in-
super dirigentem Mosen,
& munificum Salomo-
nem, *Sereniss. Saxonie Ele-*
ctorem, Dominum ac Nu-
tritium nostrum clemen-
tissimum, qui prudentes
operarios magnis sumti-
bus conducit, totamque
structuram Academicam
sapientissimè disponit.
Habetis tandem *Bezalee-*

*Appli-
catio il-
lius.*

F 4 les,

les, & artifices varios, Professores omnium Facultatum benè multos, quos implevit DEUS spiritu suo, & sapientiā & intelligentiā in omni opere. Vestrum est, DEO ceu architecto summo, devotas; & *Electori*, ceu sacri ædificij venerando Præsidi humilimas grates agere; *Profesoribus* autem obedire, ne perdatur opera, quam in vobis elaborandis magno cum studio insumunt.

Exod.
25.6.18.
3. *Materia*
Cheruborum
Mosaicorum,

MATERIA Cheruborum Mosaicorum fuit autem solidum, idq; purissimum, non fusum, sed ductile, & malleo manuque

con-

confectum, quum talia simulachra fusilibus multo sint absolutiora & praestantiora.

Vos etiam toti sitis aurei, qua mentem, qua mores. Aurum ex omnibus metallis maxime purum & defaecatum, magnaque confortandi virtute praeditum est, unde principatum obtinet, fulgore ac dignitate sua cunctorum animis desiderium instillat. Ita puritas cordis requiritur a vobis; Ejcite feces hujus seculi: Vos ex alijs vite generibus principatum obtinetis, vos ruentem Ecclesiam & Remp.

Applicatio.

confortare debetis. Auro igitur mundissimo vos cōformate, ut industria in studijs, probitate in moribus toti fulgeatis, istoq; jubare Magnates multosque alios in vestri amorem & favorem pertrahatis.

*1 Reg. 6.
v. 23.
Materia Cheruborum à Salomone additorum,*

MATERIA Cheruborum, à Salomone additorum, fuere ligna olivarum, quæ recta, minimè cariosa, nec putredini adeò sunt obnoxia: sic rectitudo, & constantia, & mens imperterrita requiritur à studioso, ne voluptatum vermibus esca fiat, ne laborum consumatur ardore,

néve

Quib. Stud. esse debet similes, 131

nēve periculorum flati-
bus dissolvatur. Procul
este vos ligna pudrida;
procul vos ligna curva &
obliqua: Sanctius est tem-
plum Academicum, quam
ut membra hujusmodi
admittat. Virtute, & pro-
bitate opus est; Constans
& rectum pectus exigitur,
si Scholasticis Cherubinis
annumerari quis velit.

Oleam olim Palladi
consecratam fuisse, testa-
tur *Cælius* l. 12. L. A. cap. 19.
Vos oleæ estis plantatæ in
horto nostro Academico,
sed oleæ, DEO bonisq; Mu-
sis consecratæ: cur ergo
impietate, cur otio dif-
fluetis?

*Appli-
catio.*

132 *Oratio de Cherubinis templi,*

Olea perpetuò viret,
glaucoq; colore suo cœli
similitudinem refert, &
multum flavescentis olei
profert, unde olivam Vir-
gilius flavam nuncupat 5.
Æn.

*Tres premia primi
Accipient, flavâq; caput ne-
tentur olivâ.*

Vireatis & vos omni tem-
pore, ac quamvis studio-
rum tractatione assiduâ
palleatis, magnos tamen
inde fructus, preciosum o-
leum, ad Ecclesiam redū-
dare certum est.

Memoriæ illud quoque
proditum, oleam puram
à puris olivantibus præ-

cer-

Quib. Stud. esse debent similes. 133

cerpendam, jurejurando
etiam adactis, cum uxore
tantum sibi rem fuisse, nec
alienam attigisse prorsus:
sic enim mox lætiores
fieri proventum, referen-
te iterum *Rhodigino*, atque
hinc castitatem huic ar-
bori præfulem esse scribit
Palladius l. ii. *Oleæ fitis,*
mei Studiosi, quò sancti *Che-*
rubim efficiamini: Casti-
tate igitur opus est, ne li-
bidinosi congressibus ve-
stra tum corpora, tum cor-
da contaminentur.

Mens uti casta DEUS, sic
castâ mente colendus.

Oleam si lambendo ca-

F 7 pra

pra lingua contigerit depaveritque primo germinat, sterilefcere auctor est *M. Varro*. Prava fodalitas noxia capra est : Si lambendo vos attigerit, quid aliud quàm fertilitas fequetur ?

Oleam tardè fuccefce-
re, fed tandem fructus
multiplicare, tradit *Columella*, & cum hoc *Virgilius*
l.2. *Georgicōv*;

*Nunc te Bache canam, nec
non Sylveftria tecum*

*Virgulta, & prolem tarde
crescentis olive.*

Ita & tardè fuccefceunt o-
leæ Academicæ, tempus
postulatur ad studia bene

lon-

longum. Ne imaginemini vobis, quòd uno alterovè anno ad maturitatem perventuri sitis : Indefessâ opus est diligentia, antequam in sacro oliveto fructus feratis uberes.

Sed ad FORMAM CHERUBORUM, tanquam principale descriptionis membrum properare nos convenit, in quo explicando haut parum variant interpretes, ad eò quidem, ut Josephus scribat l. 3. Antiq. c. 6. *Operculo arce impositæ erant effigies duæ, quas Hebræi Cherubos appellant. Ea sunt animantia volucris novâ specie, nec unquam cuiquam ho-*

4. *Forma Cheruborum.*

minum

*minum visa. L. 8. c. 2. addit:
Cherubica effigies quam
specie fuerint, nemo vel conij-
cere potest, vel eloqui.*

Verum non penitus de-
sperandum est de cogni-
tione ista : Scripturam ha-
bemus præviam, cuius du-
ctum si sequamur, in præ-
cipitium erroris non pro-
labemur.

*Fuere a.
sculpti
in for-
ma viri
juvenis.*

Plerique autem in hoc
conveniunt, quòd Cheru-
bim sculpti formatiq; fue-
rint in forma juvenis vel
viri, quod inter alia liquet
ex 1. Reg. 7. v. 36. ubi hæc de
Salomone referuntur :
*Sculpfit quoque Cherubim &
leones* וְכִרְיָוֹת כְּרֻבִּים

nudi-

Quib. Stud. esse debent similes. 137

nuditatem viri, ut vertit co-
dex regius; in similitudinem
hominis stantis, ut habet vul-
gata: Humanâ specie Cheru-
bos, ut interpretatus est
Castalio. Sic Ezech. 40. v. 8.
dicitur: Apparuit in Cheru-
bim similitudo hominis: Et 2.
Par. 3 v. 13. Ipsi stabant ere-
ctis pedibus, quæ omnia Che-
rubos in forma hominis,
& quidem viri-juvenis, qui
à virtute nomen habet,
sculptos fuisse, luculenter
evincunt.

Admoneat vos hæc vi-
rilis forma virtutum viri-
lium: Pueri ne sitis, sed vi-
ri; Pueriles ineptosq; mo-
res exuite, & ad perfe-

ctio-

ctionem virilem aspira-
te.

Tria sunt apud Hebræos nomina, quibus homo nuncupari solet. *Primum* est אָדָם quod ruffum significat, quo ipso ad primam creationem respicitur, per quam homo ex humo ruffa fuit conditus. *Secundum* est מוֹתָם mortale denotans, morbis mortique obnoxium. *Tertium* est אָדָם quod virum exprimit, virtute & perfectione præditum. Vox *prima* integritatis: *secunda* mortalitatis, *tertia* reparationis & perfectionis statum innuit. Ut igitur Cherubim

rubim

rubim in forma non pueri, non hominis miseri, sed viri, adeoque in statu perfecto sculpti fuere: Ita vos, qui esse vultis Cherubim Academici, viros virorumque virtutes imitari convenit.

Præterea Cherubos fuisse nudam humanam speciem, omni que carentem vestimentorum ornatu, iudicant Hebræi, quo signatum putat Dionysius l. de cœlesti hierarch. cap. 15. quod Angeli liberi, & ab omni exterioris adjectionis labe puri sint atque expediti, & ad divinæ simplicitatis similitudinē tendant pro viribus.

O uti-

O utinam & vos sanctæ simplicitatis atque humilitatis studiosi, utinam ab omni etiam labe puri essetis! Nullus in Cherubinis luxus, nulla in vestitu superbia cernitur: Cur vos igitur erigitis cristas, & peregrinis tam variè pictis fictisque vestimentorum luxuriatis generibus? Inferni, non cœli filia est superbia: Mater est multorum scelerum; suffocate hanc matrem, ne perniciosam in mentibus vestris prolem magno numero enitatur.

Quatuor faciebus præditi.

Cherubini quatuor habuisse dicuntur facies, E-

zech.

Quib. Stud. esse debent similes. 141

zech. i. v. 6. 10. nempe ho-
minis, aquilæ, leonis, bovis,
quæ bovina facies nomi-
natur *facies Cherub* Ezech.
10. v. 14. quia vox illa, quum
a radice כרוב *inequitare*,
currum agere, per meta-
thesin literarum, descen-
dat, primò notat actorem
currus, quod munus quum
proprium sit boum, meri-
tò bovi seu vitulo nomen
Cherub appropriatur, tam-
etsi quaternis animanti-
bus, quæ Dei currum in-
visione agebant, ex æquo
impositum sit & conveniat.

Dissentiunt verò inter-
pretes, qualisnam fuerit
quatuor illarum facie-

rum

rum habitus & dispositio.

Plurima pars per faciem intelligit *vultum*, adeoque singulis Cherubis affingunt quaterna ora seu vultus, unum ante, alterum retro, à dextris tertium, postremum à sinistris.

Alij non quaternos tantum vultus, sed quaterna singulis attribuunt capita, sic, ut in unum corpus quaterna sint compacta animalia, *Homo, Aquila, Bos, Leo*, quod monstrum quadriceps pro Cherubo *Jehovah* venditant.

Sed aliud *Moses*, aliud *Ezechielis* textus innuit.

Nam *Mosis* Cherubini

ad

Quib. Stud. esse debent similes. 143

adversis se adspiciebant
vultibus *Exod. 25.* sicut &
Cherubini Salomonici
stabant in medio oraculi
erectis pedibus, & facies
eorum erant versæ ad ex-
teriorem domum, 2. *Par. 3.*
ex quo consequitur, unica
tantum facie vel vultu i-
psos fuisse præditos, quàm
aliàs, si quaternos habuis-
sent, nec se se propriè ad-
spexissent, neq; ad solum
Orientem, sed potius ad
quatuor cœli regiones
prospexissent.

Ezechiel autem c. i. v. 9.
inquit: *Unumquodq;* (ani-
mal Cherubinum) *coram*
facie sua ambulabat. Quòd

si au-

si autem quatuor habuissent vultus, quum omnes ex æquo sint facies animalis, nullus eorum diceretur facies sua, siquidem nulla est major ratio de uno vultu, quàm de reliquis. Neque moveri potuisset Cherub antrorsum & coram facie sua, si quaternos habuisset vultus, ad totidē regiones spectantes, versus quas omnes procedere debuisset, ut corā facie sua ambularet.

Concludimus proinde, singulos Cherubinos unicā facie, hoc est, vultu & ore, non quaternis insignitos fuisse, quibus tamen à

Pro-

Quib. Stud. esse debent similes, 145

Propheta quatuor facies
tribuuntur, quia de qua-
tuor animalib. istis quod-
dam insigne vel Schema
habuerunt. Nam Hebraea
vox פָּנִים non semper
significat vultum anterior-
rem, sed multoties exter-
num habitum, ad spectum,
dispositionem, figuram,
unde facies tribuitur aquis
Gen. 1. v. 3. solio, Jobi 26. v. 9.
& terrae, Ps. 103. v. 30. quā et-
iam de causa Graeci tūm
interpretes tūm Patres
vocem פָּנִים facierum
Ezech. 1. v. 10. non per πρό-
σωπον, sed per ἄνωμα καὶ
μέρψωπιν reddiderunt.

Dico igitur, quod Che-

G rubi-

146 Oratio de Cherubinis templi,

rubini fuerint in humana
præcipuè forma constru-
cti, præsertim quoad ca-
put, manus, crura, & ere-
ctum totius corporis ha-
bitum : unà verò similes
fuerunt tum *leoni*, quia cer-
vicem, armos & pectus ju-
batum; tum *aquile*, quo-
niam alas; tum *bovi* vel *vi-
tulo*, quia bifidas pedum
ungulas habuere. Ita igitur
in Cherubinis facies
hominis videbatur in toto
corpore, facies *leonis* in ar-
mis & pectore jubat; fa-
cies *aquile* in alis; facies *vi-
tuli* in pedum ungulis, ut
ita Cherub nihil fuerit a-

latus,

Quib. Stud. esse debent similes. 147

*latus, leonino exuvio
quasi thorace vestitus,
atque unguis vituli cal-
ciatus.*

Quadruplex hæc Che-
ruborum facies inter alia
quatuor Evangelistas si-
gnificasse putatur, unde
cuiuslibet peculiare animal
appingi solet, juxta versus
Poëtæ Sedulij:

*Hoc Mattheus agens, ho-
minẽ generaliter implet.*

*Marcus ut alta fremit vox
per deserta Leonis,*

*Jura Sacerdotis Lucas tenet
ore juveni,*

*More volans aquila verbo
petit astra Johannes.*


Quia verò visibiles Che-

G 2 rubim

rubim cum primis invisibiles Angelos denotarunt, hinc quadruplici sua facie, præcipuas cœlestium mentium virtutes expressas fuisse statuimus, adeoque per Cherubicas effigies ostensus est Angelorum intellectus, quo hominibus sunt similes; & fortitudo leonina; & assiduitas bovina; & velocitas aquilina. Angeli enim sunt spiritus intellectu præditi, ut homo, fortissimi, ut leo; ferviendo nobis patientissimi & utilissimi, ut bos; in exequendis jussis Jehovæ celerissimi, & alacres, ut aquila. Amulamini has virtu-

tes,

Quib. Stud. esse debent similes. 149

tes, Vos Cherubi Academi-
mici: Quatuor  vel
figuras habeatis. Appareat
in vobis facies *hominis*, ut
rationem excolatis ante
omnia, circumspecti sitis
& humani erga singulos:
Appareat in vobis facies
leonis, ut fortitudinem ro-
burq; animi in paupertate,
in morbis, injurijs, alijs-
que adversitatibus probe-
ris: Appareat in vobis fa-
cies *aquila*, ut relictis ter-
restribus ardua & caelestia
petatis. Appareat tandem
in vobis facies *bovis*, ut in
vocatione vestra sitis assi-
dui, nullisque laboribus

G 3 un-

150 Oratio de Cherubinis templi,

unquam frangamini. Sum-
matim loquendo:

*Sis ratione valens homo, sis leo
pectore forti,*

*Sis bos assiduus, sis aquila
alta petens.*

*Qua-
tuor a-
lis in-
structi.*

Præterea quatuor alas ha-
buere Cherubini, teste Eze-
chiele; binis tegebant fe-
mora, & binas extendebant
super arcam, ad paradum
DEI solium. Esaias verò
suis Seraphim; & Johan-
nes suis animalibus senas a-
las tribuit, sed alarum no-
mine bina brachia com-
prehendit, quæ alæ apud
Latinos etiam dicuntur,
unde diminutivum *axil-
la* descendit. Ut ergo Che-

rubim

Quib. Stud. esse debent similes. 151

rubim templi, binis manibus fulciebant propitiatorium, binis alis contractis tegebant femora, binis extensis obumbrabant Dei solium; Eadem ratione Seraphini binis manibus velabant faciem, binis alis velabant crura, & binis volitabant. *Velando faciem*, summam Dei perfectionem & resplendescentiam; *velando crura*, suam respectu Jehovæh imperfectionem & reverentiam, *volitando*, in expediendis Domini mandatis alacritatem inuere voluerunt. Hinc factum opinor, quòd suum Poëtæ Mercurium

G 4 alis

152 *Oratio de Cherubinis templi,*

alis etiam instructum pro-
duxere. Ut enim alia mul-
ta ex sacris literis haufe-
runt, suisque Poëticis fi-
gmentis involverunt, sic-
uti Deucalionis diluvium
ex Noachi historia, Phae-
tontis fabula ex cœlesti
Sodomæ incendio, Ovi-
dij metamorphosis ex cō-
versione uxoris Lothi in
statuam salis originē tra-
xit: Ita ex Cherub Mosai-
co effinxere illi Mercuri-
um Ethnicum, quem in-
troducunt, ut juvenem a-
latū, eleganti formā præ-
ditum, Dei legatum, & in-
terpretem facundum, un-
de Hermes ab ἑρμηνεύσαι

dictus,

Quib. Stud. esse debent similes. 153

dictus, quæ omnia Cheru-
borum cœlestium, in ju-
venum formâ apparen-
tium, sunt requisita & of-
ficia, velut elegans & pro-
lixâ inter Cherub Angeli-
cum & Mercurium Poëti-
cum comparatio institui
posset.

Alæ autem istæ Cheru-
bicæ admoneant Vos *cele-
ritatis* in obeundo mune-
re, ne incedatis lentè, sed
quasi voletis per bonas li-
teras, artesq; ; admoneant
vos *fraternæ conjunctionis*, si-
quidem ut alæ Cherubo-
rum junctæ fuerunt, ita
studiosos concordia in pri-
mis decet ac suavis con-

G 5 ver-

versatio : admoneant vos
mutui auxilij, quia veluti
Cherubim se alis invicem
attigerunt, & ita junctim
solum DEI effecere; ita
vos etiam vestras jungatis
alas, & mutuam opem al-
ter alteri præstare ne gra-
vetur. *Velanda insuper facies*
est, ne nimis alta affectetis,
& divina secreta curiosè
scrutemini: *Velanda sunt fe-*
mora, ut imperfectionem
connatam agnoscatis, ad-
eoq; pudorem & reveren-
tiam vestram reddatis co-
ram omnibus testatam.

Binis
mani-
bus.

Cherubini præterea *bi-*
nas habuere manus, quibus
propitiatorium apprehen-

derunt

Quib. Stud. esse debent similes. 155

derunt & tenuerunt, ad indicandam agilem atque expeditam Angelorum actionem, quum manus organum sit faciendi operis: Et vobis divina bonitas concessit manus, quas in usum & honorem propitiatorij mystici, Salvatoris nostri Jesu Christi, unice adhibeatis. Tribus armati estis praesidijs, *Ratione, oratione, Manibus.* Intellectus vel mentis virtus est ratio; rationis oratio; orationis manus. Haec enim jussa facit, jussa obediunt rationi, Ratio vis intellectus est, dicente *Scaligero Exerc. 256.* Jam vero ut

G 6 flu.

Quib. Si ud. esse debent similes. 157

sine mora absq; impedi-
mento eant; *tum* firmita-
tis in cursu divinitus man-
dato persequendo, velut
ungula bovis aut vituli ro-
tūda est, & solida firmaq;.

Idem à vobis etiam re-
quiritur: *Sint & vestri pedes*
recti, ut in rectis Jehovæ
vijs, non in curvis Satanæ
avijs ambuletis: *sint agiles*
& expediti, ut voluntatem
divinā & vocationis mu-
nia alacriter perficiatis:
Sint firmi & constantes, ut ab
omni lapsu immunes in-
cœpta pietatis ac fidelita-
tis semita usq; ad ultimam
vitæ pausam perseveretis.

Sed satis multa de Che-

G 7 rubo-

5. *Finis
& officium
Cheruborum.*

ruborum forma diximus: *Finem ac officium eorum* scire si desideretis, præcipue propitiatorium tenere, oculos in istud vertere, arcam obtegere, sedile Domino parare, & magnificentiam ejus suo famulatu illustriorem reddere debuerunt.

Et vestra, *Studiosi optimi,* hæc sunt munia: *Vestrum est,* propitiatorium mysticum rectis fidei oculis semper intueri: *Vestrum est,* sacrae Domini arcae, nimirum Ecclesiae, assistere, & ab illa nunquam recedere: *Vestrum est,* Excelso parare solium, & præstare

servi-

fervitium, ut inter vos habitet, ejusq; gloria vestro ministerio celebretur in terra universa.

Locus Cheruborum fuit primū tabernaculum, post templum Hierosolymitanum, siquidem non extra, sed intra hoc, & neque in atrio gentium, neque in atrio Judæorum, neque in atrio sacerdotum, (quæ atria pulchrè describit *Andrichomius* in *Theatro terræ sanctæ*;) sed in sancto sanctorum, in interiori & nobilissima templi parte collocati fuere.

Ita & vos in loco sancto degitis: *Academia, Ec-*

clesiæ,

6. *Locus Cheruborum.*

clesiæ, templi illius spiri-
tualis, pars intima, pars
optima est, proinde ita vi-
vite, ne honoratâ sanctâq;
statione istâ indigni videamini.

7. *Nu-
merus
Cherubini-
borum.*

Tandem numero Cheru-
bini solidi fuere quatuor,
duo minores ex auro facti
sub Mosis regimine, duo
maiores ex lignis oliva-
rum fabrefacti, auro ta-
men obducti, Salomonis
jussu, qui in medio oracu-
li se invicem alis, utrinq; ve-
rò parietem attigerunt, 1.
Reg. 6. v. 23. 2. Chron. 3. v. 11.
12. Quatuor hi Cherubi,
quatuor facultates mihi
repræsentare videntur:

Aurei

Quib. Stud. esse debent similes. 161

Aurei Theologiam & Jurisprudentiam, quæ cæteris antecedunt: Lignei Medicinam atque Philosophiam. Ut autem isti Cherubim alas; ita Facultates singulæ suas operas jungant. In uno templo stant, ante unam arcam, in conspectu ejusdem Domini: Junctim igitur laborent, & Jehovam unanimi ore animoque celebrent.

Cherubim Ezechielis in perpetuo erant motu, *c. 1. v. 9. 12.* Animalia Johannis requiem non habebat, vel noctu, vel interdiu, *Apec. 4. v. 8.* Ita utiandum.

non

non est, sed continuâ operatione DEO servendum. Seraphim Esaiæ, qui & Cherubim, clamabant magnâ voce, ἀκροτάτων suum tantâ contentione decantabant, ut superliminaria cardinum commoverentur: Impleamini & vos spiritu, loquentes vobis ipsis per Psalmos & hymnos, & cantiones spirituales. Quicquid enim sumus, per DEI gratiam sumus; quicquid habemus, à Domino habemus: quicquid boni facimus, DEO adjuvante facimus; Sursum igitur elevetis corda ad Jehovam, bene-

facto-

*Eph. 5.
9.9.*

Quib. Stud. esse debent similes. 163

factorem tantum, divinos
Cherubim & Seraphim
canentes imitemini, ma-
gnâque voce & constanti
studio *ἱεροῦ* ingemi-
netis, semper dicētes, *San-*
ctus, Sanctus, Sanctus Domi-
nus Zebaoth, qui erat, & qui
est, & qui venturus est, DEUS
in secula benedictus,

AMEN.

os (:)



Quod

*Renun-
ciatio
nobis Re-
ctoris.*

QUOD tandem adhuc
reliquum est, quodq;
felix & salutare esse jubeat
Jehova ter optimus, ter
maximus, Novum a. thori-
tate publicâ RECTOREM
sisto, adeoq; singulis & u-
niversis Academiae civi-
bus notum facio, succes-
sorem in regimine Scho-
lastico legitimè designa-
tum & constitutum esse,
VIRUM CONSULTIS. & EX-
cellentis. DN. ERASMUM
UNRUH, J. U. D. &
Professorem Publicum,
Collegam nostrum singu-
lariter honorandum, cui
de novo isto & honorifi-
co onere, vel oneroso ho-

nore

Quib. Stud. esse debent similes. 165

nore gratulor, & largam
Jehovah assistentiam ex
animo precor. Simul au-
tem Tibi, Rector Magnifi-
ce, trado *sceptra hac argen-
tea*, imperij incorruptæq;
justitiæ monumenta: Tra-
do *Sigillū* Illustrissimi Fun-
datoris effigie ornatum,
ut authoritate Electorali
Teniti omnes intelligant:
Trado *librum statutorum*, ut
juxta tenorem eorundem
omnes actiones instituan-
tur: Trado *claves*, quæ œ-
conomiam Academicam
simul commissam esse cō-
monefaciant: Trado de-
mum *Epomidem*, dignitatis
concessæ symbolum, quo

simul

simul à meis in vestros hu-
 meros laborū onus trans-
 fero, viresq; & patientiam
 ad ferendum calidis votis
 exopto. Ita igitur, quæ ab
 Antecessore accepi, om-
 nia & honoris & pote-
 statis axiomata, totius A-
 cademici Senatus nomi-
 ne T.æ M.æ contuli, quūq;
 nihil aliud restet, quàm ut
 Academiam devotis pre-
 cibus DEO commende-
 mus, *Ecce! supplices facti, co-
 ram Te procumbimus, Pater
 gratiæ, Conservator Maxi-
 me; Esto nobis in Deum pro-
 tectorem, ut sub umbra ala-
 rum tuarum tuti quiescamus.
 Promove labores manuum no-*

*Votum,
 quo con-
 cludi-
 tur.*


stra-

Quib. Stud. esse debent similes. 16

*strarum, Benedic docentibus,
& discipulis, ut quò plures
periculorum aqua inundant,
eò majora capiat Academia
hæc incrementa.*

*Effice magne Deus, tua quò
V Viteberga coruscet
Inclyta, & excelsum caput
inter sidera condat.
Sit benè, qui quærunt bona,
qui perijsse vovebunt,
Dispereant ipsi: Tuus hîc
focus, ara, caminus,
Alma Trias, tua Sancta Sion
V Viteberga; Tuere,
Amplifica, ditaq; potens, ut
pressa resurgat
Altius, & multis hæc lam-
pas fulgeat oris.*

D I X I.



30 5117^o

ULB Halle


3

003 144 682




56.

1677



S
L
B
A
M
S
W





78. Ed 1777

ORATIONES
 DUE, *Ed 1777*
 PRIOR,
**DE ARCA
 NOACHI,**
*cum qua comparatur
 Academia;*
 POSTERIOR,
**DE CHERU-
 BINIS,**
*quibus Studiosi debent esse
 similes;*
 WITTEBERGÆ,
 In Resignatione Rectoratus
 Academici habitæ
 A
 BALTHASARE MEISNERO,
 Theol. D. & P. P.

Wuteberge, Typis Christiani Tham,
 Impensis Caspari Heiden, 1622.